ENCHIRIDION

LOCORVM COMMVNIVM ADVERSVS LVtherum, & alios hostes Ecclesiæ.

Ioanne Eckio autore.

Plura quoque alia recenter à diuersis autoribus accesserunt, quæ sequens pagella indicat.

Omnia vt diligentissimè studio auctor, etiam maiori cura emendata.

LVGDVNI.
APVD GVLIELMVM
ROVILLIVM.
1572.

A QVIBVS AVTHORIBVS HOC ENCHIRIDION *Ioannis Eckij autho-rem sit.*

Ioannes Cochleus, De viginti & vno articulis Anabaptistarum.

Richardus à Sancto Victore, De Clauibus seu potestate ligandi atq; soluendi.

De Veneratione & inuocatione sanctorum, ac de venerandis eorum reliquiis, breuis assertio ab incerto authore.

Epistola Cypriani ad Cornelium fratrem de obtemperando sacerdotibus.

Ambrosius Catharinus politus, De Erroribus annotatis in Caietani Commentariis: Et vbi referuntur, & refelluntur.

S.D.N. PAVLO III.

Pontifici Maximo, Deigratiam.

INTER congratulantium voces, beatissime pater, fœlici tuæ electioni, accurro: & ego pro mea erga Se. Apo. obseruantia, & cum vidua minuta æra offero, hoc est Enchiridion locorum communium aduersus hæreses, iam pridem à me sæpius emissum, nunc verò à mendis purgatũ, & aliquot locis auctum D.O.M. seruet. S. T. diu incolumem.

S. T.

à pedibus.

REVERENDIS-

simo in Christo patri, & pientissimo principi ac domino, D Conrado à Tungen. Herbipolensis Ecclesiæ Episcopo dignissimo, ac Franciæ Orientalis duci, domino suo obseruantissimo, Ioannes Eckius Salutem Dicit.

Ad Philem. initio.

RATIAS agit Deo in orationibus suis, reuerendissime pater & princeps, diuus Paulus Apostolus, audiens charitatem Philemonis & fidē, quam habebat in Domino Iesu, & in omnes sanctos eius. Optimè enim perspectū habuit secretorum Dei conscius Paulus, tunc cuiuslibet fidem coram Deo splendescere, quando eam sanctis & amicis Dei ueteribus maximè conformem reddere satagit: quemadmodum Israël nō solum Deo credidit, sed & seruo eius Moysi. Et boni ac synceri quiq; à Christo passo in hūc diē sedulò prægliterunt, sobriè & non plus quā oportet sapientes. Verūm, qui (hac regula Apostolica neglecta) ambulauerunt in mirabilibus super se, & extulerunt se, velut luciferi & dæmonium meridianum in ser-

Exo. 14

mone

mone Dei credere nolentes, decepti sunt, & in præcipitium errorum dati sunt, dum veteres illos apostolicos viros eruditione spectabiles, moribus insignes, authoritate cõspicuos, atq; miraculis claros, aspernari nõ verentur. Hi (inquam) nõ nisi venenata dogmata, à salute aliena, à recta fide deuia, & veritatis expertia, mundo inuehere moliti sunt. Nam qui nõ ducitur, cõcordi sanctorũ patrum sibi in ecclesia succedentium, professione vnanimique cõciliorum sententia, in abominabiles quosque errores, insoleti ac superba temeritate, præceps corruat necesse est. Hanc vesanã & procacẽ maluit imitari temeritatem Luther, cum complicibus suis, quã in sanctos Dei, & fidei regulam quã vniuersa obseruat ecclesia, piè cum Philemone credere: nã & peruersa voluntate contra ministros Dei, sanctissimos patres, atque vniuersam obmurmurat ecclesiam, suum ipsius iudicium (õ plusquam cæcã vanissimi hominis superbiam) omnibus ecclesiæ proceribus anteferens. Pudendam verò suam insaniam paucis initio deliniauit articulis aurem captãs popularem, quo nocentiora & magis virulenta, in posterum sitienter haurirent erroris pocula. Multorum profectò animos leui indulgentiarum tyrocinio dementauit,

REVERENDIS-

simo in Christo patri, & pientissimo principi ac domino, D Conrado à Tungen. Herbipolensis Ecclesiæ Episcopo dignissimo, ac Franciæ Orientalis duci, domino suo obseruantissimo, Ioannes Eckius Salutem Dicit.

ad Philem. num.

RATIAS agit Deo in orationibus suis, reuerendissime pater & princeps, diuus Paulus Apostolus, audiens charitatem Philemonis & fidē, quam habebat in Domino Iesu, & in omnes sanctos eius. Optimè enim perspectū habuit secretorum Dei conscius Paulus, tunc cuiuslibet fidem coram Deo splendescere, quando eam sanctis & amicis Dei veteribus maximè conformem reddere satagit: quemadmodum Israël nō solum Deo credidit, sed & seruo eius Moysi. Et boni ac synceri quiq; à Christo passo in hūc diē sedulò profecerunt, sobriè & non plus quā oportet sapientes. Verūm, qui (hac regula Apostolica neglecta) ambulauerunt in mirabilibus super se, & extulerunt se, velut Lucifer & dæmonium meridianum in ser-

Exo. 14

mone

mone Dei credere nolentes, decepti sunt, & in præcipitium errorum dati sunt, dum veteres illos apostolicos viros eruditione spectabiles, moribus insignes, authoritate cõspicuos, atq; miraculis claros, aspernari nõ verentur. Hi (inquam) nõ nisi venenata dogmata, à salute aliena, à recta fide deuia, & veritatis expertia, mundo inuehere moliti sunt. Nam qui nõ ducitur, cõcordi sanctorũ patrum sibi in ecclesia succedentium, professione vnanimíque cõciliorum sententia, in abominabiles quosque errores, insoléti ac superba temeritate, præceps corruat necesse est. Hanc vesanã & procacẽ maluit imitari temeritatem Luther, cum complicibus suis, quã in sanctos Dei, & fidei regulam quã vniuersa obseruat ecclesia, piè cum Philemone credere: nã & peruersa voluntate contra ministros Dei, sanctissimos patres, atque vniuersam obmurmurat ecclesiam, suum ipsius iudicium (õ plusquam cæcã vanissimi hominis superbiam) omnibus ecclesiæ proceribus antefe rens. Pudendam verò suam insaniam paucis initio deliniauit articulis aurem captãs popularem, quo nocentiora & magis virulenta, in posterum sitienter haurirent erroris pocula. Multorum profectò animos leui indulgentiarum tyrocinio dementauit,

vt quaque versum postea eos agitaret, & in omnem erroris impelleret vētum. Quo factum est, vt indies auctior factus sit discipulorum suorum numerus, potissimū Mahumetica illa accedente libertate, in quo mirum quā sibi elatus ille placuerit, quòd oues suas (vt Dauid inquit) vidit fœtosas, Psal. 43 nam sic de hæreticis intelligi existimat Hieron. Ad hæc nostris ita exigentibus peccatis, rami & stolones prodiere, radice pestilentiores, cùm sectarum exorientiū nullus sit finis. Experimur nempe, nostro hoc infœlici seculo. Iconomastiges, imaginum incendiarios, Capharnaitas, quibus venerabile corpus Christi in Eucharistia durus est sermo, Catabaptistas, qui pueris baptismum negant, & adultos tingunt, & horum omniū quotidie diuersa sectio, vt nec Cuniculi sæpius pariant, quàm hæretici. Hæc verò iratus Deus permittit, quod non validè atq; ardentibus votis Dei, cum Osæa obsecramus clementiam, vt det illis, quid det illis? vuluam sterilem, & vbera arentia, quòd conuenientissimè de hæreticis explicat Hieronymus, qui in populorum multitudine gloriantur, & in his filiis quos nutrierunt ad interitum, vt educerent eos de ecclesia ad interfectorem. Tot enim diabolus iugulat, quot in errore hæretici genue-

runt

runt filios. Quantumuis autem hęresis inualescat, speculatoribus Sion. Non est tacendum, sed vox velut tuba, exaltanda est, cõtra Philistæos illos exprobrantes aciem Dei viuentis, & pro turri Dauid omnibus animi viribus pugnandum est, in qua mille pendent clypei, & omnis armatura fortium, quod strenuè hactenus fortissimi quique prçstiterunt viri in literis sacris clari, & ego omniũ minimus, cum his bestiis dentatis iam sæpe & eminus & cominus pugnaui. Cominus quidem Lipsiæ cum ipso draconis capite Luthero & Carolostadio viginti diebus disputando, spectante nonnunquam Christianissimo principe Domino Georgio Saxoniæ duce. Et in Badem cũ Capharnaita Oecolampadio, & assecłis, assidentibus duodecim Contonum Heluetiorum, & quatuor Episcoporum ambasiatoribus, pluribus diebus conflixi. Eminus verò æditis aliquot in Germania & Italia libellis, cum hæreticis manum conserui. E quorum numero, Enchiridiõ fuit locorum communium, annis abhinc quatuor prælo commissum, quod ea quidem ratione, hortatu reuerendissimi Domini Cardinalis, Domini Laurentij de Champegiis, sedis apostolicæ legati æditeam, quo occupatiores quibus non vacat

Duce Georgio. Badem.

L. Champegij.

grandia Heroum volumina reuoluere, in promptu & breui (vt aiunt) manu haberét, quo hæreticis occurrerét. Et simpliciores, quibus cortice natare opus est, summariũ haberent credendorum, ne à pseudo apostolis subuerterentur. Non mea me fefellit opinio, nam tam beneuoléter, & obuiis (vt aiunt) manibus, hic liber à pluribus exceptus est, vt quater iam hoc breui tẽpusculo à Chalcographis Baioariæ publicatus sit. Tubingæ quoque in Suéuis bis sit excusus: vidimus quoque eum in Parrhisiensibus, Lugdunensibus, ac Coloniẽsibus characteribus expressum. Vnde amiculi nostri obnixius me hortati sunt, ad nouam Enchiridij æditionem. Parui ergo petentium importunitati, quamuis pluribus aliis literariis ac ad populum declamandi, atque in scholis legendi, negotiis penè obruar. Itaq; locos priores sub censurã euocauimus, & in plurib' locupletauimus, & duos nouos, post proximum auctariũ, locos adiecimus, vt renatus & nouus fermè liber videatur. Eum vtcunque tenellum & exiguum, tibi optimo principi Reuerendissimè Antistes, dedicare volui, quòd hæreticorum partus mala soboles, iam altera vice, te tuámque ecclesiam hostiliter inuaserit, atque in summum adduxisset discrimen, nisi tu prudentissimi

tissimi Naucleri functus opera, à tãtis procellarum fluctibus, mirabili prudentia, atque inuicta fortitudine, nauem periclitantem, ad portum tranquillitatis subduxisses. D.O.M. pro ineffabili sua clementia, dignetur & in posterum diuo Kiliano intercessore, iam amplitudinem tuam, cõtra fidei & Ecclesiæ hostes, tueri fortiter, & fouere suauiter. Vt te duce atq; victore, Catholici reliqui & plebs fidelis animosiores reddantur, ad veram orthodoxam fidem retinendam atque defendendam, ne traditi in os leonis rugientis ad inferos demergantur. Tuum fuerit, ita obsecro, Amplissime præsul, hanc nostram oblationem, ex syncero & te vehementer amanti animo profectam, boni cõsulere, & in incepto fidei negotio fœliciter perseuerare. Vale & salue Antistitum decus & ornamentum. Ingolstadij Baioariæ, ipso sancto die Epiphaniæ.

Anno. M. D.

XXIX.

DE ECCLESIA ET EIVS AVTHORITATE PRIMA.

PRIMA PROPOSITIO trimembris est.

***

Primum membrum probatur. Ecclesia est corpus Christi.

ECCLESIA est corpus Christi, Sponsa Christi, Regnum cælorum. Paulus. Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet.

Ephe. 4 Dignè ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe, vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Ecclesiæ corpus.

Can. 6 Probatio secundæ partis primæ propositionis,

sitionis, scilicet Ecclesia est sponsa Christi.

Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hortus conclusus soror mea, sponsa, hortus cõclusus, fons signatus. *Vna.* *Can. 4.*

Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quoniã vir caput est mulieris, sicut Christus caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius, sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. *Ephe. 5.*

De Hierusalem sicut sponsam ornatam viro suo. *Apo. 21.*

Vos autem estis corpus Christi, & mẽbra de membro. *1. Cor. 12.* *Ro. 12.*

Sic ergo vna est ecclesia, nõ est foris, sed intus, sicut vna fuit arca Noæ. 1. Petri. 4. quæ fuit figura vnius ecclesiæ, extra illam vnam signatam, nemo saluatur, sicut homines extra arcam perierunt. Non est bigamus Christus, vna ecclesia apostolorum & nostra. Ante Lutherum natum, *1. Petr. 3.* *Applicantur superiora.*

erat

erat ecclesia quæ credidit missam sacrificium, septem sacramenta &c. Illa fuit sponsa Christi. Itaque iam maneamus cum eadem ecclesia, & non iungamur ecclesiæ malignantium. Christus, quia diligit ecclesiam sponsam suam, non eam reliquit, nec D. nec M. annis, & enim caput quomodo desereret suum corpus tanto tempore? Cùm Synagogam minus dilectã ob peccata septuaginta duntaxat annis reliquerit, in captiuitate corporea Babylonis, quomodo suam sponsam relinqueret M. annis in captiuitate errorum?

Mat. 20 Probatio tertiæ partis propositionis. scilicet ecclesia est regnum cælorum.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

Mat. 22. Simile factum est régnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit

Matt. 25 seruos suos vocare inuitatos ad nupt. Tũc simile est regnum cælorum 10. virginibus, quæ accipientes lampades exierunt obuiã sponso, & sponsæ, quinque autẽ ex eis erãt

Matt. 13. fatuæ.

Applicat Multas similes parabolas inuenies.

inferens 1 Si ergo regnum cælorum hic dicitur
vtis error ecclesia, quomodo in regno illo error &
lenis. falsitas regnasset mille annis? Regnum cælorum

sorum est regnum veritatis.

2 Patet deum semper exire vsque ad vesperam, ad conducendum operarios, contra credunt Lutherani neminem conductum à mille annis, nisi eorum idolum Lutherum.

3 Patet ecclesiam hic in via esse collectã ex bonis & malis, quia Christus clarè dicit ibi esse virgines prudentes & fatuas, pisces bonos & malos. Vide Greg. in homil.

Secunda propositio.

Ecclesia non errat, non modò, quia semper habet spõsum Christum, sed etiã quia regitur magisterio spiritus sancti ipsam nũquam deserentis. *Ecclesia non errat.*

Ego rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis. *Ioan. 14.*

Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. *Ioan. 17.*

Non autem pro his tantùm, scilicet apostolis rogo, sed & pro eis qui credituri sunt per verba eorum in me. *Ibidem.*

Ecclesia Dei viui columna & firmamentum veritatis, quomodo ergo erraret? *1. Tim. 3.*

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò: cùm autẽ venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem *Ioan. 16.*

mnem veritatem. Hic oportet post Euangeliū Lutheranus ostēdat nobis, magisteriū spiritus sancti, hoc promissum in ecclesia.

1. Ioā. 2. Et nō necesse habetis, vt aliquis vos doceat, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verū est, & nō est mēdaciū. Itaq; vnctio sācti spiritus semper docet ecclesiā.

Matt. 28. Et ecce ego vobiscum omnibus diebus sum, vsque ad consummationem seculi, dixit Christus discipulis, qui est via, veritas, & vita. Liquet ecclesiam columnam veritatis Christo ductore, & spiritu sācto magistro, non errare, quantò minus credibile, quòd mille annis vniuersa ecclesia errarit, vt insaniunt Lutherani.

Tertia propositio.

Sicut ecclesia est vna, ita vnitas est in ecclesia.

1. Cor. 1. Obsecro autē vos fratres per nomē domini nostri Iesu Christi vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Lutherani noua schismata faciūt, & tam sibi quàm aliis repugnant, vt iā dissectus est Carolostadius, & Luther, & Zuinglius, & Catabaptistæ. Non enim dissensionis est deus, sed pacis, sicut & in omnibus

1. Cor. 14

ecclesi

ecclesiis sanctorum doceo.

Potius itaque veram intelligentiam scri Carola.
pturæ credendum est deum inspirare concordi vnitati ecclesiæ, quam vni priuato homini Luthero, vel Zuinglio, aut Hosandro: imò sequitur, quod id quod sancta mater ecclesia definit, vel acceptat, non sit minori firmitate credendum ac veneratione tenendum, quàm si in diuinis literis esset expressum.

Quæcunque scripta sunt, ad nostram Rom. 15.
doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, deus autem solatij & patiētię det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundùm Iesum Christum, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, in oratione ad Deum. Omnipotens sempiterne Deus cuius spiritu totum corpus ecclesiæ sanctificatur & regitur.

Paulus post rationem corporis mystici Rom. 12.
subdit. Idipsum inuicem sentientes, nō alta Rom. 11.
sapientes, sed humilibus consentientes.

Si qua consolatio in Christo, si qua so- Philip. 2.
cietas in Christo, implete gaudium meum, vt idipsum sentientes, eandem charitatem habentes, vnanimes idipsum sentientes.

Duo mala fecit populus meus, me dere-

liquer

liquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non
Hiere. 2. valent aquas: sic Lutherani relinquētes verum, & viuum fontem ecclesiæ, fodiunt cisternas dissipatas hæreticorum, Vuikleff, Husz, Albingensiū, & cæteri. Frustra Deus misit filium, frustra spiritum sanctum, frustra apostolos, martyres, doctores, cōfessores: si per Lutherum solum, lux veritatis aperienda erat. Cur Deus non vnum misit Lutherum pro omnibus?

Quarta propositio.

Ecclesia re-
præsenta-
tiua

Prælatos & potiores cōgregatos, esse ecclesiam repræsentatiuè patet.

3. Reg. 8 Conuertítque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israël, omnis enim ecclesia Israël stabat & ecce ecclesia Israël, & quòd solùm fuerit repræsentatiua liquet per initium huius capitis. Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israël, cū principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israël ad regem Solomonem &c.

OBIICIVNT HAERETICI.

Maior est authoritas scripturæ quàm ecclesiæ. Nam ecclesia debet regi secundū scri-

scripturam. Verbum enim domini nemini cedit.

2 Non licet ecclesiæ aut vlli homini venire contra scripturam.

3 Illud non dicitur determinasse ecclesia quod Papa cum cardinalibus & Episcopis determinat, quia ecclesia est congregatio omnium fidelium, & cõnexio in vera fide, ex qua viuit iustus.

4 Ecclesia Dei solùm est in spiritu, quia creditur, & ita occulta.

5 Luther dicit se esse de ecclesia, & credit apud se ecclesiam, vbi ipse sit ecclesiastes. Sic Zuinglius, Carolostadius, Bellicanus, Stoplerus, Hiebmair. Pacimontanus &c.

DILVVNTVR OBIECTA.

Christus non scripsit aliquem librum, nec præcepit discipulis vel apostolis, ad scribendum, at de ecclesia multa præcepit, vnde missurus Apostolos ad plantandam ecclesiam, non dixit, Euntes scribite, sed euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Ideo lex fuit scripta in tabulis lapideis, Euangelium in cordibus. Quoniam epistola estis Christi, administrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnali-

De primo

Matt. 28.

2. Cor. 3.

bus. Cõcordat Hieremi. trigesimo primo.

Hier. 31 Ecce dies veniunt, dicit dominus, & feriam domui Israël, & domui Iuda fœdus nouum, non secundùm pactum quod pepigi cum patribus vestris, & cætera: sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit dominus, dabo legem meã in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Hieronymus, quid necesse est in manus sumere, quod ecclesia non recipit.

2 Ecclesia est antiquior scriptura, quando enim apostoli inceperunt prædicare, nulla erat scriptura Euangelij, nulla epistola Pauli, & tamen erat ecclesia Christi sanguine dedicata.

Act. 1. Sic Apostoli sine scriptura noui testamẽti elegerũt Matthiam, ordinarunt septem Diaconos: Petrus fecit expirare Ananiam

Act. 6. 5. & Sapphiram. Cùm Apostoli tam diligẽtes fuerunt in verbo Dei seminando, & tamen paucissima reperiuntur ab eis scripta, consectariũ est multò plura eos docuisse, quàm scripsisse, quæ parẽ cum scriptis habent authoritatem.

Achilles pro catholicis. 3 Scriptura non est authentica sine authoritate ecclesiæ: scriptores enim canonici sunt membra ecclesiæ. Vnde hære-

tico volenti contendere contra ecclesiæ constituta & consuetudines obiiciatur qui bus armis velit contendere contra ecclesiam. Dicturus est canonicis scripturis quatuor Euangeliorum, ac Pauliuis epistolis. Huic mox obiiciatur vnde sciat, has scripturas esse canonicas nisi ex ecclesia, quare enim credit Euangelium Marci, qui Christum non vidit, esse canonicum, & non Euangelium Nicodemi, qui vidit & audiuit Christum, vt testatur Ioãnes? Sic cur Euangelium Lucæ discipuli est receptum, & Euangelium Bartholomæi apostoli est reiectum: nisi humiliter confitearis ecclesiæ authoritatem cum beato Augustino, id quod Luther aliquando docuit ecclesiam posse iudicare de scripturis. *Ioan. 3.*

Ita igitur patet ecclesiam antiquiorem scriptura, neque scripturam autenticam esse nisi ecclesiæ authoritate. Vnde Augustin. contra epistolam fundamenti, Euangelio nõ crederem nisi authoritas ecclesiæ me commoueret: plura iferius de scriptura titulo 4. *Aug. pro to. 4. c. 5.*

1 Scriptura docet. Memento vt diem sabbati sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die sabbatum domini Dei tui est &c. tamen *De 2. dist. tua.*

ecclesia mutauit sabbatum in dominicum authoritate sua, super quo nullam habes scripturam.

Exo. 20. 2 Christus dixit discipulis in monte: Non veni soluere legem, sed adimplere, & tamē ecclesia apostolorum in concilio pronuntiauit audacter super cessatione legalium.

Mat. 28. Act. 15. 3 Matthæi vltimo dixit Christus discipulis. Eūtes ergo docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Hic Christus dedit formam baptizandi in nomine trinitatis explicitè & tamen ecclesia primitiua mutauit hanc formam baptizandi in nomine Christi Iesu. Pœnitentiam agite, inquit Petrus, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum. Et actuum octauo dicitur quòd Samaritani baptizati sunt à Philippo in nomine Iesu. Et actuū 17. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu scilicet à Paulo.

Act. 15. 4 Scriptura definit in concilio. Visum est spiritui sancto & nobis &c. vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sāguine, & suffocato, rem tam clarè definitā & expressam, ecclesia sua authoritate mutauit, quia & sanguine & suffocato vtitur.

Ecce

Ecce potestas ecclesiæ super scriptura. Vide infra de constitutionibus humanis, titulo decimoquinto. *Vide Cochleum de authoritate ecclesiæ.*

5 Porrò si plus viuere vis secundum scripturas, quàm secundū authoritatem ecclesiæ, iam omnes iudæi venientes ad baptisma, ad legem Moysi tenerentur, quia sic reperirēt in scripturis apostolos & alios conuersos vixisse. Paulo à gentibus reuertēti, dixerunt Iacobus & seniores. Vide frater quot sunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis, Audierunt autem de te, quia discessionem doceas à Moyse eorum, qui per gentes sunt Iudęorum, dicens non debere eos circuncidere filios suos, neq; secūdum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem, audient enim te superuenisse, hoc ergo fac qđ tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se, his assumptis sacrifica te cū illis, impende in illis vt radant capita, & scient omnes, quia quæ de te audierūt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiēs legem, de his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus iudicantes, vt abstineat se ab idolis, immolato, & sanguine suffocato, & fornicatione, hic Paulus, cum multis milibus seruauit legem sancti Iacobi. *Act. 12*

Vis igitur Luthere cóuersum ex Iudæis hodie, magis viuere secundum scripturas illas, an secundum Ecclesiæ authoritatem.

De verbo. Fatemur Ecclesiam esse omnium fidelium congregationem: qui sunt de corpore Christi, ac quãdo primates & potiores alicuius prouinciæ aliquid statuunt, tota prouincia dicitur statuisse. Sic prælati Ecclesiæ dicuntur Ecclesia, quia repræsentant eam, & subditos suos. Alioquin nunquam congregari posset Ecclesia. Et Matthæus decimooctauo: Quòd si te non audierit, dic Ecclesiæ: quòd si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Si quis vellet dicere Ecclesiæ secundum Lutherum, oporteret perambulare totum orbem. Chrysostomus exponit: Ecclesiæ præsulibus, scilicet præsidẽtibus, patet, quia mox Apostolis tanquam Prælatis dat potestatem ligandi.

Matt. 18

Deu. 17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari: Surge & ascende ad locum quẽ elegerit Dominus Deus tuus, veniẽnsq; ad sacerdotes Leuitici generis, ad iudicem qui fuerit illo tempore, quærésq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem,

ſtatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq; ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël, cunctúſq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Vide poteſtatem ſacerdotis legalis, quanta putas poteſtas ſit ſacerdotis Euangelici, & pœnam expende inobedientis.

Facta ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos ſtatuerũt, vt aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidem alij ex aliis ad Apoſtolos, & presbyteros in Hieruſalem ſuper hac quæſtione. Ecce quomodo impleuerunt illud Deut. 17. & quæ erat Eccleſia, non tota congregatio, ſed aſcenderunt ad Apoſtolos & presbyteros qui repræſentabant Eccleſiam. *Act. 15*

Si Eccleſia eſt occulta, quomodo Chriſtus præcepit dicendum Eccleſiæ: & ſi Eccleſiam nõ audierit, &c. Si autem eſſet occulta, quid poſſet ei dici, aut quomodo audierit? Similiter Eccleſia corpus Chriſti, & Chriſtiani membra. Ro. 11. & 1. Cor. 1. 11. *Matt. 18*

Ephes. 1. 5. Colloc. 1. Dicat Lutherus, an illi fuerint occulti, & solùm mathematicè Ecclesia, quando dixit Paulus: Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

Luc. 11 Hæreticorum est habere criptas, & spelunças, & latebras: Ecclesia ponit lucernam super candelabrum. Monstratur tibi Ecclesia in Concilijs, in sede Apostolica, in Episcopis & Præpositis singularum Ecclesiarum. Nam si solùm mathematica
2. Cor. 8 esset Ecclesia, frater Pauli non haberet laudem per omnes Ecclesias. Non diceret
Psal. 21 Dauid: Apud te laus mea in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum.
& 105 Pro hoc, vide Augustinum super canonica Ioannis, tractatu primo, in fine.

De quinto. Quod dixit Luther, dixerunt omnes hæretici. Ideo Augustinus inuehitur contra Donatistas, qui vniuersalem Ecclesiam coarctare volebant ad angulum paucorum hæreticorum. Plura vide apud Ioannem Cochleum de autoritate Ecclesiæ, & Roffensem. Inter veteres, vide Ioannem Turrecrematam, pro Ecclesia latissimè scribentem.

***

DE

DE CONCILIIS.

II.

Quia Ecclesiæ authoritas plurimum pollet in Conciliis: iusto ordine iam de Conciliis agturi sumus.

CELEBRATIONIS Conciliorum in Ecclesia exempla inueniuntur ab Apostolis in nouo testamento.

Surrexerunt quidam de hæresi Phariſæorum, qui crediderunt, dicentes: quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque ſeruare legem Moyſi. Conuenerúntque Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc, & infra ponitur deciſio.

Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorũ, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodiẽtes vos bene agetis. Ecce cõcilij apoſtolici formam. Apoſtoli & ſeniores conuenerunt. Gentes non ſe oppoſuerũt Apoſtolis, ſicut modò Luther cõciliis, qua authoritate, qua ſcriptura id facitis? cur adimitis nobis libertatem à Chriſto datam? nam & ſi in deliberando

Act. 15

Applicat

rando citauerint scripturam ex Amos nō-
non tamen quo ad prohibitionem illorum
trium, nihil induxerunt, similiter in deci-
sione nullam adduxerunt scripturam.

Antiochia quoque recepit conclusa Hierosolymis. Luther respuit conclusa Romæ. Patet Concilium habuisse po-
testatem statuendi aliqua esse necessaria pro illo tempore, quæ tamen ad fidem simpliciter non essent necessaria, cur non eadem potestas esset nunc in Ecclesia, quando necessitas sæpe exigit? Idem Christus, idem spiritus, eadem fides, cur non æqua Conciliorum potestas? Item aliam Apostoli celebrarunt synodum. Ab inuicem enim discessuri prædicaturique Euangelium per vniuersum orbem iuxta Domini præceptum, conuenientes in vnum, singulique suas proferentes sententias, symbolum fidei tradiderunt, vt ex maiorum traditione habetur, quod vniuersalis tenet Ecclesia. Sic enim beatus Clemens discipulus & successor Apostolorum in suis decretis testatur. Item Leo Papa primus August. scribens dicit: Catholici symboli breuis & perfecta confessio duodecim Apostolorum totidem signata est sententiis. Item Ambr. clauem regni cælorum deputās esse fidem Apostolorum.

Clauem

Clauem inquit istam, arbitror duodecim artificum operatione conflatam. Duodecim enim Apostolorum symbolo fides sancta concepta est, qui veluti periti artifices in vnum conuenientes, clauem suo concilio conflarunt. Clauem enim quandam ipsum symbolum dixerunt, per quod reserantur diaboli tenebræ, vt lux Christi adueniat.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. *Prou. 22.*

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est: vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nullus potest conuinci euidentius, non audisse Ecclesiam, quàm si concilium non audierit. *Mat. 18*

Nusquã maior consensus, quàm in concilio. Nullibi congregatur plus in nomine Domini, quàm in Conciliis generalibus. *Iob 6.*

Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga Patrum memoriam, hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam vmbra dies nostri super terram, ipsi docebunt te: & loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia, in antiquis est sapientia, & in multo tempore

prud

Nota. prudentia. Ergo concilia audiamus & patres, non hereticos nuper natos & apostatas. Tollatur conciliorum authoritas, & omnia in ecclesia erunt ambigua, dubia, pendentia, incerta: nam omnes mox redibunt hæreses, Cõciliorũ authoritate damnatæ, quòd si scripturis contra eos pugnabis, ia secluſa authoritate Ecclesiæ, reiiciẽt scripturam quam volent, sicut modò Luther reiicit Epistolam sancti Iacobi, quia aduersatur sibi: similiter Machabæos, &c. Et olim hæretici non acceptarũt quatuor illa Euangelia. Sicut Manichæi reiecerunt vetus testamentum. Res miseranda profectò! Si illud hæreticorum esset verum, tunc enim occurrente aliquo dubio in fide, non esset via decidendi illud, sed quilibet iuxta prudentiam capitis sui, declinaret in illam vel aliam partem, quomodo ergo Christus sufficienter prouidisset Ecclesiæ suæ per legem euangelicam, quæ tamen debet esse perfectissima? Iosue. 1. Qui contradixerit ori tuo, moriatur.

Psal. 77. Quanta mandauit patribus nostris nota ea facere filiis suis, vt cognoscat generatio altera, ergo nos credamus mandata, conciliis, & patribus.

Augustin. de ti. 12. c. Augustinus ad Ianuarium: Illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quid

quidem toto orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas) commendata atque ſtatuta retineri: vnde hæc, quia ita fint facienda, diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Lutherani ergo inſolentes ſunt & inſani.

Auguſtinus libro ſeptimo contra Donatiſtas, aſſumit ſanctam Eccleſiam catholicam contra Donatiſtas, authoritate plenarij Concilij munitam. Et libro primo, capite decimooctauo: plenarium Concilium exiſtimat conſenſionem totius Eccleſiæ. *Auguſt.*

Gregorius in Regiſt. Sicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor. Nicænum, ſcilicet, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe. *Diſt. 15.*

Propoſitio ſecunda.

Maiores Eccleſiæ (ſicut ſunt in Concilio) repræſentant totam Eccleſiam, patet primò in Exodo ſæpiſſimè: & ſume exempli cauſa: Exodi decimonono, quando Deus voluit dare legem Moyſi, præcepit ei: Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Iſraël, & cætera. Et tamen poſtea de *Eccleſiæ repræſentatiua.*

Moyſe

Moyse dicitur: Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, &c.

Et licet solùm seniores populi responderunt, cum quibus loquebatur Moyses, tamen subdit textus: Respondítq; omnis populus simul, &c. quod non erat omnis populus, nisi repræsentatiuè.

Deu. 32 Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi maiores tuos, & dicent tibi: Stultus populus iam: & superbi tiues quærunt Lutherum, Zuinglium, Biater, Hosandrum, Bucerum.

Eccles. 8 Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbiis eorum conuersare, ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatibus sine querela.

Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum & doctrinam.

OBIICIVNT HAERETICI.

Psal. 115 1 In Concilio sunt homines, quare fallunt sæpe & falluntur, cùm omnis homo sit mendax.

2 Deprehensum est Concilium Carthaginiense sub sancto viro Cypriano cum octoginta Episcopis, de rebaptizãdis hæreticis

veticis errasse.

3. Sicut Concilium Ariminense plenarium D.C. Episcoporum errauit cum Ario. Et Ephesinum secundum quod Euticete & Dioscoro.

Et Constantinopolitanum sub Constantino Imperatore, de tollendis imaginibus.

4 Et Concilia etiam generalia vnanimiter susceptа varia determinarunt, etiam in his quæ credenda proponuntur: vt Concilium Constantiense, de Primatu Papæ, Contra Concilium Nicænum & Aphricanum.

OBIICIVNT LAICI A LVtheranis malè persuasi.

Cùm Laici sint de Ecclesia, & non minus agatur de salute animarum illorum, quàm cleri. Itaq; conueniat eos interesse.

DILVVNTVR OBIECTA.

1 Fatemur eos qui in Concilio conueniunt, esse homines: at in Concilio generali, legitimo reguntur ductore Spiritu sancto qui eos falli non sinit. Nam & Paulus & Ioannes, Esaias & Dauid fuerunt homines, adhuc Paulus ad Galatas, inquit: Si Angelus de cælo aliud euangelizauerit, anathema sit. Scriptores itaque Canonici infallibiliter scripserunt Cap. 2. Gal. 1.

runt, qui fuerunt homines. Sic patres in Conciliis.

2 Concilium illud Carthaginense non fuit plenarium sed particulare, vt ostendit Augustinus contra Donatistas: particularia autem concilia poterunt errare, & reformantur per generalia, Augustinus libro secundo contra Donatistas. Et ipsa Concilia quæ per singulas regiones & prouincias fiunt, plenariorum conciliorũ authoritati quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, cum experimento rerum aperitur.

3 Ariminense conciliabulum fuit, non Concilium, neque legitimè congregatum.

Inuito enim Liberio coactum fuit hæreticorum opera, contra concilium Nicænũ. Thauro præfecto pro Arrianis iussu imperatoris precibus & minis instãte. Et simplices Episcopi Occidẽtales fuerunt seducti fucis hæreticorum, quos postea intelligentes, retractarunt concluſa Arimini. Sic & Ephesinum cõciliabulum in quo hæreticus præsedit Dioscorus, non fuit legitimè congregatum, nolentibus legatis Papæ iniquum locum accedere, & damnatum fuit per Calcedonense Concilium. Sic impius Imperator Cõstãtinus repugnãte põtifice

De imaginibus.

cons

conciliabulum Constantinianum collegit, quod postea Nicæno concilio secundo sub Hierene imperatrice damnatum est, vnde & Carolostadius, Zuinglius, Hetzmam, Blaret, in hoc Luthero repugnantes damnati sunt.

Aduerte hic quod generalia concilia in spiritusancto congregata, aberrasse à via veritatis, nunquam deprehenduntur, potissimum in his definiendis quæ ad orthodoxam fidem rectósq; mores attinent. Cæterum concilia hæreticorum iussu atq; assensu conuocata semper à fide recta aberrarunt: quale fuit istud Ariminense. De quo diffusè refert historia ecclesiastica libro decimo capite vigesimoprimo. Tale etiam fuit concilium Mediolanen. iussu Constantij Imperatoris Arriani celebratũ, ad Athanasij fidei propugnatoris acerrimi condemnationem procurandam. In quo episcopi catholici Dionysius, Eusebius, Paulinus, Hilarius, & alij nonnulli, quia noluerunt subscribere damnationi Athanasij, in exilium sunt pulsi, vt refert historia Ecclesiastica lib. 10. cap. 20. Eiusmodi quoq; fuit cõcilium Antiochenum sub Constantino imperatore Arriano, in consessu nonaginta Episcoporum celebratũ, vbi Athanasius sede sua Episcopali, quam

in Alexandria tenuit, eiectus est, exiliq; que damnatus: vt deinde facilius Nicæni concilij robur & autoritas sustolleretur, prævalerétque mendacium veritati, sicut historia tripartita, libr. 4. cap. 9. latius commemorat. Simile quoque fuit concilium postea apud Seleuciam Isaurię coadunatum, centum & 60. Episcoporum contra Nicænam synodum. vide in historia tripartita libro tertio cap. trigesimoquarto.

De quarto. Concilia plenaria, quæ mores & regimen concernũt Ecclesiasticum, pro qualitate & conditione temporum, personarum, & cætera absque fidei præiudicio variè determinarunt. Vnde Innocentius III. de consanguinitate & affinitate, capite, Non debet, ita dicit. Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas & euidens vtilitas id exposcit. Quoniam ipse Deus ex his quæ in veteri testamento statuerat nonnulla mutauit in nouo. Hæc ille. At concilia generalia legitima in credendis, se non destruxerunt. Sic intelligatur Augustinus. Priora concilia plenaria posterioribus emendari. Cõcilium autem Aphricanum & Nicænum non

non aduersari Constantiensi, vide de papatu infra titulo tertio.

Laici possunt interesse conciliis vt testes, vt defensores, vt conciliarij, vt suggestores, vt executores, tamen à Christo nato nunquam habuerunt vocem diffinitiuam in concilio. Actuum 15. statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex aliis ad Apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac q. & quæ sequuntur. Ecce ad clerum ascenderunt non ad Laicos, & nulla fit laicorum mentio in eodem concilio. *De quinto.* *Act. 15*

In concilio octauo, actione quarta, principis iussi interrogare, dixerunt. Vt obsecundantes verbo vestro, ex præceptione vestra interrogabimus eos, non per potestatem nostram, potestas enim hæc vestra est.

Basilius Imperator de Laicis inquit, Quanquàm non sit datum istis secundùm canonem dicendi quicquam penitus de ecclesiasticis causis, opus enim hoc pontificum est & sacerdotum. *Sedulius.*

Zozomenes refert, Dum Valentinianus per Thraciam ad Romam properaret, Tunc episcopi Helesponti Bithyniæ legatum miserunt Hipatianum Heracliæ præsulem, quatenus dignaretur ad emen-

dationem dogmatis intereſſe. Reſpondit mihi quidem, cum minimus de populo ſim, phas non eſt talia perſcrutari. Verum ſacerdotes quibus hæc cura eſt apud ſemetipſos congregentur vbicunque voluerint.

Ambr. Ambroſius ad Valentinianum contra Auxentium. Si ſcripturarum ſeriem diuinarum, vel veterum tempora retractemus, quis eſt qui abnuat in cauſa fidei epiſcopos ſolere de Chriſtianis Imperatoribus, non imperatores de Epiſcopis iudicare?

Martia. dist. 99 Martianus Imperator in Calcedonen. concilio ad ſynodum dixit. Nos ad conſeruandam fidem, non ad potentiam oſtendendam, exemplo glorioſiſſimi principis Conſtantini, ſynodo intereſſe volumus, vt inuenta veritate, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta, diſcordet. Et iterum Sunt quædam certa capitula quæ bonorum reſpectu, veſtræ reſeruamus ſanctitati, congruum rati regulariter à vobis iſta ſynodali diſponi concilio, potius quã noſtris legibus ſtatui.

Baſilius

Basilius Imp. in fine concilij octaui.

De vobis autem Laicis tam qui in dignitatibus, quàm qui absolutè conuersamini, quid amplius dicam nõ habeo quàm quod nullo modo nobis licet de ecclesiasticis causis sermonem mouere, neq; penitus resistere integritati ecclesiæ, & vniuersali synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere patriarcharum, pontificum & sacerdotum est, qui regiminis officium, sortiti sunt: qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent: qui Ecclesiasticas & cæleſtes adepti sunt claues. Non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui egemus. Quantæcunque enim religionis & sapientiæ laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat, donec laicus est, ouis vocari non desinet, &c. Quę ergo vobis ratio est in ordine ouium constitutis? Pastores verborum subtilitatem discutiendi, & ea quæ super nos sunt quærendi, & ambiendi habent. Oportet nos ergo cum timore & fide syncera hos audire, & facies eorum vereri, cum sint ministri Dei omnipotẽtis, & huius formã possideant, & nihil amplius quam ea quę nostri

Basilius Imper.

ſtri ordinis ſunt requirere. Hinc populus remittebatur à Chriſto ad faciendum non ea quę principes, reges, tetrarchæ aut nobiles dicerent, ſed quæ ſcribæ & phariſæi ſedentes ſuper cathedram Moyſi, dixerunt vobis, ſeruate & facite. Hæretici autem cum plauſum quærunt popularem, euenit quod Hieremias prædixit. Prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus, & populus meus dilexit talia, quid igitur fiet in nouiſſimo eis? De his loquitur Dominus per Eſaiam, filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus: nolite videre: & aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam: declinate à me ſemitam: ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſraël. Idipſum dicit populus Lutheranus iam ſuis falſis prophetis? Summa itaque eſt ſacræ ſcripturæ eccleſiæ, & conciliorum concordia.

Matth. 23

Hier. 5

DE

DE PRIMATV SEDIS APOSTOLICAE ET PETRI

III.

Quia summa authoritas exterius si: apud ecclesiam: quam contemplamur in concilijs & in sede apostolica, Conuenit vt Romani pontificis & Petri primatum firmemus breuiores.

POST confessionem Petri, Iesus dicit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est: & ego dico tibi, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Patet quomodo signare voluit personam Petri, quia posuit nomen antiquum Simon, Nomen nouum Petrus, nomen Patris Bariona, *Matth. 16*

& demonſtrat propriè. Tu es, & ſuper hãc petram exponit Hierony. id eſt ſuper te, & tibi dabo claues, &c.

Et per illa verba promiſſum Petro primatum teſtantur ſancti patres, & ſuper Petro ædificandam eccleſiam.

Cyprianus libr. 4. epiſtolarum ad Pupianum, & lib. 1. ad Cornelium.

Origenes Homilia ſexta ſuper Matthæum. Hieronymus, libr. primo contra Pelagianos & ſuper Matthæum. 16.

Ambroſius in ſermone 47.

Aug. contra epiſtolam Donati.

Chryſoſtomus ſuper Matth.

Hilarius ſuper Matthæum.

Leo in ſermone. 3. de anniuerſario die ſuæ aſſumptionis.

Gregorius in moralibus, & regiſtro ad Mauricium Auguſtum.

Cyrillus libro 2. capit. 12. ſuper Ioannem, Concilium Calcedonenſe octauum, Nicolai papæ. Vide noſtro libro primo de primatu Petri. Poteſtatem quam promiſit Chriſtus Petro dedit poſt reſurrectionem. Dixit Simoni Petro Ieſus Sim. Ioan. diligis me plus his? dicit ei: Etiam domine, tu ſcis quia amo te. dicit ei, paſce agnos meos, quod & tertiò repetiit, paſce oues meas.

Ioan. 11.

Hic ſe

Hic ſoli Petro in præſentia aliorum apoſtolorum commiſit oues vt principi apoſtolorum: nam paſcere in ſacris literis ſignificat regere: & paſtores dicuntur reges Ezechielis. 34. Eſaiæ. 44. & 56. Hieremiæ ſecundo, & 22. Pſalmo. 22. Et hoc in Hebræo & Græco.

Datum primatum Petro per illa verba teſtatur Cyprianus de ſimplicitate prælatorum. Hieronymus in ſermone de Petro ad Euſtochium, Ambroſius in ſermone de pœnitentia & de fide Petri. Chriſoſtomus ſuper Ioannem Homil. 8. de pœnitentia. Auguſtinus in quæſtio. Noui & Veteris teſtamenti quæſtio. 75. Leo in ſermone de aſcenſione domini. Gregorius in homilia. Mar. 16. & epiſtola ad Cirian. Bernardus ſermone tertio de ſeptem panibus. Beda in homi.

Primatus Petri probatur ex multis aliis ſcripturis Luce 22. Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Vide pro Petro rogat præ cæteris, & duo petit. Indefectibilitatē fidei, & poteſtatem cōfirmandi fideles. Sic Auguſtinus, Chryſoſtomus, Leo, Cyrillus & Beda capiunt. Matthæi decimoſeptimo,

dixit Chriſtus Petro. Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me & te. patet Chriſtum pluribus diſcipulis præſentibus, ſolum Petrum ſibi æquaſſe in ſolutione tributi. Ita intelligit Hieronym. Auguſt. Chryſoſtomus, Orige. Ambroſ.

Matthæi 10. Marci tertio, Lucæ ſexto vbi deſcribitur Apoſtolorum conſtitutio, ab omnibus Petrus vt caput nominatur, primò, quod pro eius primatu expendit Hierony. Chryſoſt. Ioannis vigeſimoprimo ſolus Petrus ſuper aquas maris ad Chriſtum peruenit. Signum ſingularis pōtificij, ait Bernardus de conſideratione, ad Eugenium Luc. 5. Et ſi diſcipulis aliis imperatur vt laxent retia, ſoli tamen Petro dicitur, duc in altum, ita ponderat Ambroſ.

De ſanctis patribus iam audiuimus, omnes Petro tribuere primatum, à domino primò promiſſum, dein poſt reſurrectionem, exhibitum ſuper tota eccleſia. Addatur tamen prioribus.

Dionyſius capite tertio de diuinis nominibus.

Athanaſius in epiſtolis ad Marcum libertium & felicem, in quibus abundè probat

prima

tum Papæ.

Eusebius Cæsariensis libro secundo capite decimoquarto, ecclesiasticæ historiæ. August. tract. 56. super Ioan. libr. 2. contra Donatistas &c.

Lactantius lib. 7. instit. diuinarum.

Paulinus de. 8. Fœlice. Anselmus ad Vrbanum Papam Valentinianus, Martianus, Phoca, Iustinianus, Imperatores sub titulo de summa Trinitate & fide Catholica.

Quæ omnia latissimè astruximus tribus libris de primatu Petri ad Leonem decimum, & multa rara inuenies in magno opere contra Lutherum, Ioan. Fabri Archiducalis consiliarij, iam episcopi Viennen.

Ratio suadet, quia fuit summus sacerdos in vete. lege, cuius authoritas audita fuit, ex cap. 17. Deu. Et regimẽ monarchicum est optimum: & talis ordo est in ecclesia triumphante: & sicut pulchrè inducit Nazianzenus, Moses in dubiis prouidit synagogæ. Deu. 17. cur Christus non prouidisset suæ sponsæ ecclesiæ?

Gregorius lib. vigesimoprimo, moraliũ: Omnes homines natura æquales genuit, sed ratione meritorum, ordine alios aliis occulta dispensatione postposuit: ipsa verò diuer

diuersitas quæ accessit ex vna, diuino dispensatur iudicio: vt quoniam omnis homo iter vitæ non graditur, alter ab altero regatur. Desiderat fortè hæreticus, ecclesiam militãtem non habere caput ministeriale, & fiat in ecclesia quod scribitur. In illis diebus non erat rex in Israël, sed vnusquisque quod sibi bonum videbatur, sic faciebat.

Ind. vltimo.

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Petro nõ promisit, nec dedit Christus claues pro persona sua, sed quia gerebat personam ecclesiæ.

2 Si supra Petro homine est ædificata ecclesia, iam portæ inferorum præualuerunt contra eum in voce vnius ancillæ, & quotidie præualent successoribus suis peccatoribus.

3 Et cum super petra sit ecclesia ædificata, petra autem erat Christus, 1. Corin. 10. non poterit referri in Petrũ, & fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est.

4 Primitiua ecclesia apostolorum non fuisset ecclesia, cum Petrus. 18. ann. post Christum passum fuerit adhuc in Hierusalem, vbi erat tunc Rom. ecclesia.

Petrus

5 Petrus nunquam fuit Romæ.
6 Petrus est membrum ecclesiæ.
7 Quomodo Petrus esset petra, cum Matth. 16. dixerit Christus, vade post me Satana.

Diluuntur ista contra Petrum adducta.

Fatemur cum Augustino claues datas ecclesiæ, tamen in persona Petri. i. claues finaliter dedit Christus Petro, ad vtilitatem ecclesiæ, dedit claues non vni, sed vnitati, Ita Petrus gessit personam ecclesiæ, sicut Imperator Germaniæ. Itaq; certæ personę habent claues, quia aliâs nullus esset illarum vsus. *De primo.*

Prævaluerunt portæ inferi aduersus personas succedentes Petro, non tamen cõtra potestatem Petri. Hæc successio Petri in potestate manfit, licet personæ peccarẽt. Petro autem negante, nondũ ecclesia erat super eum fundata sed fundãda, quia Christus dixit: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, scilicet post resurrectionẽ. *De secũdo.*

Etsi Christus sit petra principalis, & fundamentum primarium, tamen habet vicarios & substitutos, secundarias petras: nam cum dicto Pauli quod solus Christus sit fundamentum, stat dictum Ioannis Apocalyp. 21. Et murus ciuitatis habens *De tertio.*

bens fundaméta duodecim: & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum & agni.

De quarto. Errat Luther Petrum tam tardè venisse Romam, quia fuit. 5. annis in Ponto, & Asia. 7. in Antiochia: postea migrauit Romam: licet. 18. anno è Roma venerit Hierusalem ad consilium. Porrò nihil ad rem facit. Erat enim Petrus summus pontifex, vbicunque erat, licet reuelante spiritu, vt Marcellus sanctus martyr ait, sedem sibi Romæ elegerit. Prius itaque tempore fuit summus episcopus Petrus quàm Romanus episcopus.

De quinto. Hoc nouum est mendacium Vrbani Riegers, aut alterius Lutherani, Petrum nunquàm fuisse Romæ, & ante Paulum conuertisse eos, de quibus loquitur Galat. 2. testatur beatus Hieronymus super illud ad Roma. 1. Vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis. Ad confirmandos, inquit, eos Romanos, Petri prædicatione fidem tenentes. Confirmare se velle Paulus dicit, non quo minus accepissent à Petro, sed vt duobus apostolis, testibus & doctoribus, eorum corroboraretur fides: alioquin curabat, ne super fundamentum alienum ædificaret.

Vide Ioannem Fabrum. Egesippus antiquissimus, qui sub Anni-

cero

ceto venit Rom. Anno domini 160. Is scribit libr. 3. de excidio Hierusalem, quomodo Nero quæsierit causas occidendi apostolos: datoque præcepto vt comprehenderentur apostoli, rogabatur Petrus, vt sese alio conferret.

Dionysius Corinthiorũ episcopus exi stens Romæ, Anno domini 170. ait Vos habentes cõmunicationem à Petro & Paulo. plantationem Romanæ ecclesiæ coniunxi stis. Ambo etiam aduentãtes, atque in hac vrbe simul docentes, etiam martyrio pariter, vno eodemque tẽpore coronati sunt. Idem testatur quidam scriptor Caius, sub Seuerino papa.

Sanctus Ignatius discipulus Ioannis Euangelistæ, ad Tharsenses scribit: Quid quòd Petrus crucifixus est? Paulus & Iacobus gladiis obtruncati sunt, Ioannes in Pathmum relegatus est? Et ad Roma. Nõ sicut Petrus & Paulus præcipio vobis: illi enim Apostoli Iesu Christi, ego autem minimus Ireneus Lugdunensis episcopus libr. 3. capitulo 1. contra hæreticos, sic inquit: Matthæus Hebræis ipsorum lingua scripturam dedit Euangelij, cum Petrus & Paulus Romæ Euangelizarent, & fundarent ecclesiam.

Et capitulo 3. A glorioſissimis duobus apostolo

apoſtolis Petro & Paulo, Romæ fundatæ & conſtituræ ſunt eccleſiæ. Tertullianus anno domini.150.viuens, ſcripſit lib.3.aduerſus Martionem: Romanis Euangelium Petrus & Paulus ſanguine ſuo ſignato reliquerunt. Et libr. de præſcriptione hæreticorum loquens de Roma, ſubdit: Vbi Petrus paſsioni domini coadæquatur.

Euſebius Cæſarienſis libro 2. hiſt. inquit: In ipſis Claudij temporibus, clementia diuinæ prouidentiæ probatiſsimum omnium apoſtolorum, & maximum, fidei magnificentia, & virtutis merito, primorem principem Petrum ad vrbem Romam deducit.

Et libro de temporibus. Eodem anno ab Herode capitur, & infra. Petrus natione Galilæus, Chriſtianorum pontifex primus, cum primum Antiochænam fundaſſet eccleſiam, Romam proficiſcitur, vbi Euangelium prædicans.25.annis eiuſdem vrbis epiſcopus perſeuerat.

Gaudentius Brixinus vetuſtiſsimus ſcriptor, inquit. Hoc enim die apud vrbē Romanā ambos pro Chriſti nomine Neronis crudelitas interfecit.

Hieronymus de viris illuſtribus: Simon Petrus, filius Ioannis prouinciæ Galil

Galilææ, vico Bethſaida frater Andrææ Apoſtoli & princeps apoſtolorũ, poſt epiſcopatum Antiochenſis eccleſiæ, & prædicationes diſperſionis eorum, qui de circunciſione crediderant in Ponto, Galatia, Capadocia, Aſia, & Bithinîa, ſecundo Claudij anno ad expugnandum Simonem magnum, Romam pergit, ibi. 25. annis cathedram ſacerdotalem occupauit.

Dionyſius Areopagita, ſancti Pauli diſcipulus, idem teſtatur ad Timotheum condiſcipulum, de tranſitu Apoſtolorum.

Linus papa proximus poſt Petrum, ſcripſit Orientalibus pro martyrio Petri in vrbe.

Ambroſius ſermone 67. inquit. Non ſine cauſa factum putemus, quòd vna die, vno in loco, vnius tyranni tolerauere ſententiam, vna die paſsi ſunt, vt ad Chriſtum pariter peruenirent, vno in loco, ne alteri Roma deeſſet, &c. & infra: In vrbe Roma quæ principatum & caput obtinet nationum, loquitur de Petro & Paulo. Papias Hierapolitanus ſcilicet, Ioannis Euangeliſtæ auditor, teſtatur Petrum ſuam primam epiſtolam canonicam ſcripſiſſe

Romæ.

Paulus Orosius libro sexto historiarum capite sexto Anno ab vrbe condita octingẽtesimoquinto, Tiberius Claudius ab Augusto quartus regnum adeptus est, mansitque in eo annis .16. Exordio regni eius, Petrus Apostolus Domini nostri Iesu Christi Romam venit, & salutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit, potentissimísque virtutibus approbauit. Atqué exinde Christiani Romæ esse cœperunt. Et capitulo sequenti. Nero primus Romæ Christianos supplicijs & mortibus affecit, ac per omnes prouincias pari persecutione excruciari imperauit, ipsumque nomen extirpare conatus, beatissimos Apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit.

Testantur hoc Athanasius, Marcellus, Dama. Leo, Bernar. & alij innumeri.

De 6. Petrum membrum & partẽ ecclesiæ dicimus, sed quòd præterea non possit esse caput ministeriale, seu vicarius veri capitis, negamus. Similiter aliud est agere priuatam personam, aliud publicam. Et si caput est, vtique membrum.

De 7. Non mirum Petrum increpatum à Chri

Christo quòd existimaret suæ confessioni contrarium, Christum occidendum, quia nondum acceperat claues, nondum erat confirmatus. nondum venerat super eum plenitudo spiritus. Ideo nondum fuit petra, sed post resurrectionem Christus fundauit super eum ecclesiam, vt expressè testatur Hieronymus ibi super Matthæum.

Denique Chrysostomus & Hilarius nolunt nomen Satanæ pertinere ad Petrum, sed ad diabolum suggestorem huius concilij. Porrò lapsus personæ non tollit potestatem. Origenes Homilia. 3. in Matthæum dicit. Petrus adhuc plumbeus erat, & fieri potuit, vt reuelationem haberet à patre, qua profiteretur Christum esse filium Dei viui. At tamen lateret eum hoc magnum mysterium, quo Christus voluit pro salute generis humani crucifigi, & tertia die resurgere.

Cum enim Luther per petram intelligit fidem, fides æque amittitur in homine sicut gratia, & non plus fides vnius hominis, quàm alterius hominis: & ita super fide omnium fidelium est ædificata ecclesia. Et si omnes fideles sunt fundamentum, quam tunc dabit ecclesiam?

nisi ineptissimè dicat idem fundari super seipso.

ADHVC OBIICIVNT HAERETICI *contra Petrum & Papam.*

1 Petrus in apostolos non habuit potestatem, sed apostoli in ipsum, quia ipsum & Ioannem miserunt in Samariam: Act. 8.

2 Nec Petrus exercuit vnquam primatum illum, sicut modo Papa: non vult vllum episcopum fieri in mundo, nisi accipiat pallium & confirmationem ab eo.

3 Nouit Petrus hoc prohibitum à Christo, Lucæ. 22. facta contentione, quis eorum videretur esse maior, dicit eis Iesus: Reges gẽtium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic, sed qui maior est vestrum, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Liquet (inquiunt hæretici) reges gentium, non põtifices esse qui dominantur.

4 Marci 10. vbi filij Zebedæi ad hanc aspirarunt potestatem, receperunt responsum, scilicet vt calicem biberent, nec tamẽ certi vbi sessuri essent.

5 Sic superioritatem fugiendam docuit Lucæ 9. & Matthæi 18.

Paulus

6 Paulus resistit Petro. Galat. 2.

7 Victor papa volens excommunicare Orientales, fuit prohibitus ab Ireneo Lugdunensi.

8 Anicetus cessit Policarpo episcopo Smyrneorum.

9 Orientales episcopi non obedierunt Iulio Papæ.

10 Constantinus quartus imperator constituit papam esse primum.

11 Sic tot millia martyrum Orientalis ecclesiæ essent damnati, similiter Cyprianus, Augustinus, Nicolaus, quia nũquam fuit papa super ecclesias Asiæ, Græciæ, aut Aphricæ.

12 Quando instituit Antiochenum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, aut Indicum?

13 Theophilus Alexandrinus, & Epyphanius deposuerunt Chrysostomum, & idem Epyphanius excommunicauit Ioannem Hierosolymitanum.

14 Concilium Nicænum testatur episcopum, gerere curam suburbanarum ecclesiarum.

15 Idem statuit episcopos ordinari ab episcopis prouincialibus, non à papa.

16 Idem concilium Hierosolymitano tribuit primatum, non Romano. Et Hie-

rosolyma fuit prima, quia de Sion exibit lex.

17 Concilio Aphricano quarto, Primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps sacerdotum, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus, & infrà, vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.

18 Et Pelagius & Gregorius renuerunt nomen vniuersalis Episcopi.

19 Primatus Papæ probatur ex Decretis & Decretalibus Romanorum Pontificum. Qui libri intra quadringentos annos nati sunt.

Hæc fusius induximus, quòd hic magis vociferentur hęretici cótra petram, quam omnes impetiuere.

DILVVNTVR OBIECTA.

De primo Petrum exercuisse primatum iam dicemus: at cùm argutaris, Petrus fuit missus ab Apostolis in Samariã, quare sit minor Apostolis? Est forma argumentandi Arrianorum, quia Pater misit filium, Ioannis 6. & 20. & ad Galatas 4. Itaq; pater est maior filio, quia mittens maior est misso, quasi non Herodes miserit tres Magos, vt adorarent puerum qui maior Magis non fuit, & frequens est potiores mitti ex collegio

legio & Senatu consilio scilicet vel amore non authoritate inferiorum. Vnde Iosuæ vigesimo secundo legitur, quòd cùm audissent filij Israël, ædificasse filios Ruben & Gad dimidium tribus Manasse, altare in terra Chanaam, super Iordanis tumulos contra filios Israël, conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent & dimicarent contra eos. Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis, & decem Principes cum eo singulos de singulis tribubus, vt eos super hoc facto sacrilego reprehenderent. Ecce filij Israël inferiores populi miserunt Phinees, qui fuit eorum dux coram Domino: vt dicitur 2. Paralipom. 9. Patet itaque ex diuinis literis nihil habere consequentiæ, Hic est missus, ergo est minor mittente aut mittentibus.

Petrus executus est officium suum. *De 2.* Nolumus recensere quæ Ioannis sexto, Lucæ duodecimo, Matthæi decimonono, Lucæ quinto, Matthæi quarto, Matthæi decimoseptimo, Matthæi decimooctauo recensuerunt, sed quando in actu iam erat Pontifex creatus, audiamus quid fecerit: Nam primò ordinationem Matthæi in Apostolum direxit. Exurgens autem Petrus in medio fratrum stans, dixit:

tres, & cætera. Actorum primo. Secundo in die Penthecostes omnes Apostolos defendit. Stans Petrus cum vndecim eleuauit vocem suam, Actorum secundo. Tertiò præsente Ioanne sanauit claudum, & coram populo defendit, Actorum tertio. Quarto in cõcilio defendit se & Ioannem, Actuũ quarto. Quinto in Ananiam & Saphiram sententiam mortis protulit, Actuum. 5. quod fuit maximum potestatis coërciuæ indicium. Sexto Simonis maledictam nundinationem coërcuit, Actu. 8. Septimo iussus fuit etiam gentes tanquam prælatus in suam potestatem suscipere, quando vidit linteum, in quo erant bestiæ & reptilia, &c. & facta est ad eum vox. Surge Petre, occide, & manduca, Act. 10. Hic iussus fuit velut caput, gentes in corpore ecclesiæ.

Octauo in Concilio Apostolorum fuit author sententiæ cessationis legalium, vt docet Hieronymus, & Act. 15. Caue itaq; hæretice mẽtiri in sanctum Petrum, quod potestate diuinitus tradita non sit vsus.

De adiuncto falsum, nam Patriarchæ, quilibet confirmauit suos Episcopos, & Thessalonicensis confirmauit suos Episcopos Græciæ tanquam vicarius Papæ, vt liquet ex actis Leonis Papæ. Existimat hære

hæreticus omnes Episcopos habere pallia, quod falsum est, quia regulariter Archiepiscopi habent & pauci Episcopi ex priuilegio, sicut Bambergensis in Germania. De ratione pallij ex beato Gregorio.

Constat Christum prohibuisse ambitionem, tyrannidem: non potestatem quia illa à Deo, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, Ad Romanos, decimotertio. Voluit ergo docere humilitatem præsidentis, non auferre potestatem eius. Sicut ex eo quod ipse ministrabat, & alios maiores ministrare docuit, malè inferret quis Christum nullam habuisse potestatem. Et cùm Christus dixit. qui maior est vestrum, constat quod voluit aliquem esse maiorem in potestate, licet contingat ei vt sit sicut minor per exhibitionem ministerij. *De 3.*

Similiter respondemus, nam voluit, vt Hieronymus inquit, suos ad summitatem virtutum, non potentia, sed humilitate peruenire: nam existentes in potestate debent se intus humiliare, ac si non essent in potestate, vt paruuli fiant humilitate, non sensu ac ætate. *De 4.*

Paulus reprehendit Petrum, quia attinebat ad ædificationem fidei, hoc est, ad officium apostolatus, in quo erant æqua- *De 6.*

les, tamen regimine & potestate Petrus adhuc erat prior. Nam hodie etiam sæpe contingit Papam & alios superiores reprehendi ab inferioribus. Imò hæreticus Luther omnes reprehendit ecclesiasticos Prælatos, qui nullius est superior.

De 7. & 8. Anicetus primus statuit pascha celebrari dominico die. Cõfirmauit primò Pius, deinde Victor, & obtinuerunt. Restiterunt primò Orientales, quia ex iussu sancti Ioannis 14. luna primi mensis celebrabant, Policarpus ex Smyrna adiit Anicetum (ecce Græcus ad Romanum) qui credidit ei, sacerdoti officio perfungi, nec Anicetus Policarpo suadere poterat, inquit Eusebius in Ecclesiastica historia: Corruptor Luther ait, Anicetum cessisse Policarpo. Orientales resistentes Victori excommunicare voluit, quem Ireneus monuit, non quòd Victori esset nulla in Oriẽtales potestas. Nam sanctus martyr, cur attentasset. sed pro considerandæ concordia Ecclesiæ & pace consuluit turbationem non moueri in Ecclesia.

De 9. Mirum quod hæreticus inniditur facto hæreticorum, nam illi Orientales expulerant Athanasium & Paulum, qui confugientes ad Iuliũ Papam, citatis & excommunicatis hæreticis, fuerunt restituti. Hic

ruit

ruit hæreticus, quia Papa Iulius ante M.C. annos potestatem habuit in Orientales Episcopos Asiæ & Aegypti.

Falsum est Constantinum 4. primum dedisse primatũ Romano Pontifici, cùm antea habuerit ex Euangelio confirmantibus Imperatoribus Constantino, Valentiniano, Gratiano, Theodosio, Martiano, Basilio, & aliis. Vnde non inconuenit iuri sedis Apostolicæ decreta etiam principum accedere, quo temeritas rebellãtium comprimatur. Errauit tamen hæreticus, Constantinum 4. quicquam in ea re statuisse, sed solùm remisit confirmationem Papæ electi, quam Imperator ante suo modo facere solebat. De 10.

Nullus sanctorum martyrum subtraxit se ab obedientia Petri vel successorum eius vbi & quãdo oportebat. Fallitur hæreticus: quòd si Papa sit supremus, oporteat omnes Episcopos ab eo confirmari, nam sicut sacerdotes ab Episcopis, ita Episcopi ab Archiepiscopis primatibus aut Patriarchis sufficiat confirmari. Ita de Ambrosio, Augustino, & Nicolao sentias. Credo in Germania factum superbia Episcoporum quòd excusserunt potestatem primatis Magdeburgensis. Et priora liquent ex octaua synodo, ex De 11.

conc

ex concilio Nicæno & aliis, vide distinctionem 64. decreti Aphricæ. Episcopos fuisse sub Romano Pontifice patet quod ex concilio Mileuitano scripserunt ad Innocentium primum Papam, petentes illius confirmationē. Vide in Epistolis Augustini. 90. & 91. Concilia tertium & quartum Carthaginensia authoritate Zozimi Papæ, & alia authoritate Bonifacij fuerunt confirmata, quoniam misit illuc Faustinum Episcopum. illis interfuit Augustinus. Concilia sub Cypriano in Aphrica petierunt approbationem à Cornelio Papa libro 1. Epistolarum, Epistola 2. Cypriani: & libro 2. Epistola 11. Asiæ Episcopos, Aegypti & Græciæ fuisse sub Romano Pontifice, iam patuit: quia restitutus Athanasius, restitutus Chrysostomus, restitutus Flauianus, restitutus Appiarius in Aphrica, per Romanum Pōtificem. Vide in primatu nostro plurima.

De 12. Institutio Episcopi, vt fiat immediate à Romano Pontifice non est necessarium, tamen illas Ecclesias fuisse subiectas Papæ, liquet ex eo, quòd restituit eiectos ex his Ecclesis. Et hodie à Leone Papa 10. & Hadriano 6. Episcopi Asiatici ceperunt confirmationes.

De 13. Quantum potest hæresis? nam cùm ni-

hil

hil ſolidi pro ſe habet, affert iniquiſſimam optimi epiſcopi eiectionem Ioannis Chryſoſtomi, qui per Theophilum auariſſimum & peſſimum Alexandrinum, adiuuante impia Eudoxia imperatrice, iniquiter eſt eiectus. Huius ſancti viri iniuriam hæreticus pro iure adducit. obticet verò, quòd per Innocentium Papam fuit reſtitutus & negocium per Papam Alexandro Antiocheno commiſſum, & Imperator Archadius reſiſtens Papæ & Chryſoſtomo, fuit excommunicatus. I nunc hæretice, & nega Epiſcopos Græciæ fuiſſe ſub Romano Pontifice. De Ioanne Hieroſolymitano liquet ex B. Hieronymo fuiſſe concilium euocatum Antiochiæ (nam ſub illo Patriarcha erat tunc Epiſcopus Hieroſolymitanus, & ſub Archiepiſcopo Cæſariēſi) & à ſynodo damnatum Ioannem, in qua plurimæ authoritatis erat Epyphanius.

Canon Nicæni Concilij 6. ſic habet. *De 14.* Mos antiquus perduret in Aegypto, Libya, & Pentapoli, & Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quandoquidem & Romano Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem apud Antiochiam & cæteras prouincias honor ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ. Liquet

leꝯ

lectori nō hîc prohibuerit primatum Romanæ Ecclesiæ, quod hæreticus torquet, sed quia tunc authoritas trium Ecclesiarum Patriarchalium fuit confirmata, nam tres tantùm erant illo tempore sedes patriarchales, Romana scilicet Antiochena, & Alexandrina. Imò fortius per illud concilium probatur primatus Romani Pontificis primò, quia licet Nicæa esset in Asia, tamen Osius Cordubensis nomine Papæ præsedit concilio, & primus se subscripsit, non nomine suo velut reliqui Episcopi omnes, sed nomine Papæ. Secūdo quia in concilio Nicæno fuit statutum, vt in causa depositionis Episcopi posset appellari ex toto orbe ad Romanum Pontificem. Huic innitebatur Athanasius & obtinuit: Huic Chrysostomus & obtinuit. Et quando Ecclesia Aphricæ reluctabatur Zozimo Papæ in restitutione Appiarij, certior facta de illo Nicæno concilio, aquieuit. I nunc hæretice, & insanias Nicænum concilium aduersari Papæ.

De 15. Dist. 64. ca. cū prouinciales.

De ordinatione Episcoporum, quid hæc ad primatum? cùm hodie rarissimè Papa ordinet Episcopum, aut fortè nunquam: sed in hunc diem tres Episcopi conuenientes ordinant & consecrant Episcopum. Canon septimi concilij sic habet.

Quia

Quia consuetudo obtinuit & antiqua traditio, vt Heliæ Episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, salua Metropoli dignitate. Hic stupidus hæreticus nugatur primatum tributum Hierosolymitano, cùm adeò non tribuat ei primatum, vt sinat illum subiectum Metropolitano, qui erat Cæsarienſis teste Hieronymo. Honorandum ergo statuit Hierosolymitanum antiqua traditione, sed nihil ad primatum, porrò Hierosolyma fuit prima tempore, sed non dignitate. *De 17*

Concilium Aphricanum nihil agit de Primatu, nihil de Roma, sed inter se constituerunt Episcopi Aphricani, ne Primates eorum (sicut erant Carthaginienſes, Numidiæ, Mauritaniæ, &c.) glorioſos sibi vendicarent titulos, & iurisdictionem super alios, hoc & nihil aliud habet canon 6. concilij 3. Aphricani, & delyrus hæreticus cùm apud Gratianum 99. distinct. primæ sedis legisset verba Gratiani continuata ad sequentia, credidit illa esse verba concilij, & non sunt; sed de vniuersali Episcopo mox dicamus.

Gregorius & Pelagius non respuerunt primatũ Ecclesiæ Romanæ, sed approbauerunt, vt de primatu Petri latissimè ostendimus. Sed sic negauerunt aliquem posse *De 18.*

esse

esse vniuersalem Episcopum, sic quod esset cuiusq; Ecclesiæ proprius rector, quoniam sic nullus alius esset Episcopus, & honor episcopalis omnibus detraheretur, & in vnum solum reiiceretur.

*Quod quia esset Hierarchici ordinis destructiuum, meritò reprobarunt sancti patres, seruata Ecclesiæ Romanæ dignitate.

De.19 Primatus Romanæ Ecclesiæ non solum ex decretis Pontificum probatur, sed ex Euangelio, ex sanctis martyribus, conciliis & doctoribus: sed errat hæreticus, credit non fuisse alia iura canonica, nisi post ortum decretum Gratiani, & decretales Gregorij, 9. cùm semper in ecclesia statuta iura fuerint: sicut olim erat Codex, canon, decretum Pathasij, decretum Bucchardi, Panormia Iuonis, &c. Euanescũt itaque omnia hæretica, vt bulla aquæ.

CONCLVSIO.

Suscipiamus omnes authoritatem Ecclesię in Apostolica sede Romana sede relucentem: cùm eam in rebus arduis fidei consuluerit Hieronymus ex Asia ad Damasum, Augustin. ex Aphrica ad Innocentium & Bonifacium, ac Cyprian. ad Cornelium, Athanas. ex Aegypto ad Marcum & Iulium, Ambros. ex Italia, &c.

Iam

Iam defendentes se contra rebaptizatores recedunt ab eorum basi, vnde multa fatentur non scripta, & tamen tenenda, Zuinglius adducit de baptismo Mariæ, De baptismo paruulorum.

EX SCRIPTVRIS TEMERE REPVGNARE HAERETICOS.

QVARTA.

***

Præter superius dicta de Ecclesia & Concilijs hæc subijciamus.

QVIA hæretici nihil volunt recipere nisi probetur expresse per scripturas. Itaque Lutherani non recipient perpetuam virginitatem Mariæ, sicut Heluidius, contra quem scripsit beatus Hieronymus: quia in scripturis non probatur, sed plures scripturæ apparenter sunt pro Heluidio. *Primum axioma.*

Articulus in symbolo fidei, descendit ad inferna, non expresse probatur ex scri-

pturis, quare Luther non credet illum articulum: nam si quis obiecerit illud Ecclesiastici vigesimoquarto: penetrabo omnes inferiores partes terræ, dicet proteruus, penetrabit virtute non loco. Id erit ei cum multis catholicis cõmune. Si Paulum quis attulerit ad Ephesios quarto, quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ. Mox dicet Apostolum loqui, filium dei descendisse in vterum virginis, qui ascendit ad alta cælorum. Partes autem terræ sunt inferiores cælo & elementis. Similiter symbolum Apostolorum. Athanasij homousion personam in diuinis, Annam matrem Mariæ, diem dominicam Lutherani non obseruabunt. Iudicio Lutheranorum Christus nõ bene probasset contra Saducæos resurrectionem corporum, non enim eis adduxit clarum textum, sed quia dictum est. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, non est autem Deus mortuorum sed viuentium, & tamen tunc solùm viuebant secundùm animas, non secundùm corpora.

Non sunt igitur solùm credenda & seruanda (id quod volunt Lutherani) quæ expresse habentur in diuinis literis, aut probantur ex ipsis, verumetiam ea oportet credere & seruare quæ sancta mater ecclesia

ecclesia credit & obseruat. Non enim omnia tradita sunt manifestè in sacris scripturis, sed quam plurima ecclesiæ (quæ à spiritu sancto illustratur & gubernatur, & ob id à veritatis tramite errare nequit) determinanda relicta sunt. Vnde saluator ad discipulos suos Ioannis decimoquinto dixit. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Multa igitur suis ritibus & cæremoniis obseruat ecclesia, ex familiari instinctu spiritussancti, & traditione Apostolorum, & sanctorum patrum, quæ & si expresse in sacris literis non habeantur, ipsis tamen nequaquam obuiant, aut ab ipsis discrepant. Imò maximè ipsis sunt conformia, & ob id ab omnibus veris euangelicis & paulinis (quales se mendaciter gloriantur Lutherani) Christianis amplexanda & obseruanda. Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. 2. Thes. 2.

Cætera cum venero disponam. Hic de Eucharistia sacra loquens, innotescit se non omnia scripsisse, sed cum ad ipsos venerit reliqua non scripta dispositurum.

2. Ioan. 12. Plura habens vobis scribere, nolui per
& 3. Vnico. chartam & atramentum, spero enim me
futurum apud vos, & os ad os loqui, vt
gaudium vestrum plenum sit.

Ibidem 3 Multa habeo tibi scribere, sed nolui per
atramentum & calamum scribere tibi. Spe
ro autem protinus te videre, & os ad os
loquemur.

Innoc. 2 Sanè multa tam de verbis, quam factis
de cele. miss dominicis inuenimus ab Euangelistis o-
sarij cap. missa, quæ Apostoli vel suppleuisse verbo,
Cū Mar- vel facto expressisse leguntur, Paulus enim
tha. in actibus Apostolorum sic ait. Memini-
Act. 20 sse nos oportet verbi domini Iesu, qui di-
1. Cor. 15. xit. Beatius est dare, quàm accipere. Hæc
nullus quatuor euangelistarum descripsit.
Nullus etiam expressit, quòd Paulus de
apparitione plus quàm quingentis fratri-
bus simul facta.

Orige. In ecclesiasticis obseruationibus sunt
Homil. 5 nonnulla huiusmodi quæ omnibus qui-
super nu- dem facere necesse est, nec tamē ratio eo-
meros. rum omnibus patet. Nam quòd (verbi gra
tia) genu flectimus orantes, & quod ex o-
mnibus cæli plagis ad solam orientis par-
tem conuersi, orationem fundimus, non
Damas. facile cuiquā puto ratione compertū, &c.
libr. 4. de Huius tamen rationem tradit Damas. ita
orth. inquiens: Quia deus est lux intelligibilis, &

sol

ſol iuſtitiæ & oriens in ſcripturis nominatur Chriſtus, dedicandus illi oriens eſt ad adorationem. Nam omne præſtantius magiſque bonum illi offerendum, à quo omne bonum benignè largitur.

Lutherani contendunt ſcripturas ſacras eſſe claras, ideo laici & delyræ anus eas tractant imperiosè. 1. axioma.

Contradicit Petrus, loquens de Epiſtola Pauli. In quibus ſunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Ecce difficultatem illarũ, & quomodo viuente Paulo fuerunt depraua tæ, ſicut hodie faciunt Lutherani. 1. Pet. 3

Hieronymus ad Algaſiam: Omnis epiſtola Pauli ad Romanos nimiis obſcuritatibus inuoluta eſt.

Quod ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum, in his qui pereunt eſt opertum. Si ſacra ſcriptura eſt apertiſ. mirum cur ſancti patres, qui tam frequenter legerunt, non intellexerunt à M. cc. annis, quod ſi Auguſt. Hierony. Bern. Thomæ fuit obſcura, quomodo laicis Lutheranis erit aperta? Luce decimo protulit duos denarios & dedit ſtabulario, & ait. Quodcunq; ſuperreogaueris ego cùm rediero, reddam tibi. Duo denarij ſunt duo teſtamenta, 2. Cor. 4

tum quod Apostoli & doctores supererogant, deus retribuit.

3. axioma. Malè hæretici nolunt alium iudicem quàm scripturam.

Deut. 17 In veteri testamento lex non fuit iudex, sed summus sacerdos. Si difficile & ambiguum, & cætera: vide supra titulo primo,

Ezech. 4 Cum fuerit controuersia, stabunt sacerdotes in iudiciis meis, & iudicabunt.

Et Catholici quoque admittunt, scripturam maximè, sed intellectu ab hæreticis differimus, ideo oportet alium esse iudicem quàm scripturam scilicet ecclesiam.

Monstratur hoc ad oculum, exemplo à modernis hæreticis (qui alium quàm scripturam iudicem nolunt) sumpto, pugnant inter se Lutherani, & Oecolampadiani, & Zuingliani de Eucharistiæ sacramento, an verè & spiritualiter sit hic corpus & sanguis Christi, aut solum figura & signum. Quis inter hos iudex erit? Quis hos vnquàm concordabit? scriptura ne an ecclesia? Alius profectò præter has iudex dari nequit. Non quidem scriptura, quàm vtri que iudicem esse contendunt, fundant se, quippe in eisdem scripturæ verbis, & ita ipsi non scripturam iudicem admittũt contra suam ipsorum doctrinam, sed sese supra

pra scripturam iudices faciunt. Ecclesia proinde necesse iudex erit, quæ credit, virtute verborum Christi transsubstantiatis pane & vino in hoc sacramento esse verum corpus Christi & sanguinem, sub speciebus Panis & vini.

Etiam diabolus allegauit scripturam contra Christum. Angelis suis mandauit de te, vt custodi. &c. sed verum intellectum non tenuit, vt inducit Hierony. contra Luciferanos, atque scripturæ non in legendo, vt imperitum vulgus iam Lutheranæ hæresis sentit, sed in intelligendo consistant. Hierony. ibidem. ideo Tertullianus potenter ostendit libro de præscriptionibus hæreticorum, eos nequaquam admittendos ad ineũdam de scripturis prouocationem. Omnes hæretici confugerunt ad scripturas malè ab eis intellectas. *Matth. 4* *Hierony.* *Tertul.*

Augustinus, Arrius adduxit pro se. 42. locos scripturæ. *Augustinus.*

Lutherani recipiunt scripturas sicut Iudæi vetus testamentum, quia insistunt solùm sensui literali, & quæ sunt eis contraria ipsi torquent, vnde sunt Theologi atramentales, secundùm corticem & superficiem. Ideo iudaicum est scripturis impugnare ecclesiam. Luther in assertionibus dicit, Superbis & impiis scriptu-

ram semper esse maioris cæcitatis occasionem: hoc dictum redundat in caput authoris & suorum sequacium.

DE FIDE ET OPERIBVS.

QVINTA.

Propositio.1 IDEM non sufficere sine operibus, & opera aliquid esse, id est meritoria vitæ æternæ ex gratia dei acceptante.

Gen.17 Ait dominus ad Abraham: Ego ero merces tua magna nimis.

Esa.40 Ecce merces eius cum eo.

Hier.31 Est merces operi tuo, ait dominus.

Oseæ.10 Seminate vobis in iustitia.

Prou.11 Impius facit opus instabile, seminanti autem iustitiam merces fidelis.

Sap.3.5 Bonorum operum glorioſus est fructus.

Sap.10 Iusti in perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorum.

Reddet deus iustis mercedem laborum suorum.

Eccle.2 Qui timetis Deum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra.

Eccle.6 Quodcunque potest manus tua instanter operare.

Miseri

Misericordia facit vnicuique locum, secundùm meritum operum suorum. *Ibid. 16.*

Obseruabo me ab iniquitate mea, & reddet mihi dominus secundùm iustitiam meam. *Psal. 17. 118.*

Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.

Reddet tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedem accipies à domino deo Israël ad quem venisti.

Confortamini & non dissoluantur manus vestræ, id est, opera. Erit merces operi vestro.

Qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit.

Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et iterum. *Matt. 5*

Gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælo. Si merces, ergo & meritum, cui merces debetur: Dicantur enim relatiuè ad inuicē, vbi vnum nequit intelligi sine alio. *Luc. 6*

Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cęlorum, sed qui facit volūtatem patris mei qui in cælis est. *Matth. 7*

Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, non per- *Idem 10*

det mercedem suam.

Idem 20 Voca operarios, & redde illis mercedem: & antea: Quod iustum fuerit dabo vobis.

Matt.19 25 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

Ioan.5 Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Ioan.11 Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

Rom.2 Reddet deus vnicuique secundùm opera eius.

Gloria & honor omni operanti bonum.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

1.Cor.3 Vnusquisque mercedem accipiet secundùm laborem suum.

1.Cor.5 Omnes manifestari oportet ante tribunal domini nostri Iesu Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.

Idem 9 & 15 Si volens hoc agam, mercedem habeo.

Abundates in omni opere domini semper,

per, scientes quòd labor vester non est inanis domino.

Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. 2. Cor. 4.

Quæ seminauerit homo, hæc & metet &c Gal. 6.

Quodcunq; facietis, ex animo operamini sicut domino & non hominibus, sciẽtes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis. Coll. 3.

Ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, in omni bono fructificantes. Coll. 1.

Mihi viuere Christus est & mori lucrũ: Si lucrum, ergo meritum. Phil. 1.

Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Phil. 2.

Non est iniustus deus vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostẽdistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis. Heb. 6.

Beneficẽtiæ & cõmunionis nolite obliui sci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Heb. 13.

Videte nosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. 2. Ioã. ult. vnico.

Filioli nemo vos seducat, qui facit iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est. 1. Ioan. 3.

Iustus

Propositio 11. Iustus non peccat in omni opere bono: opus autem bonũ viuum esse meritoriũ, non mortuum, vide Tomo primo, homilia secunda septuagesimæ.

Eccl. 24. Qui operantur in me non peccabunt. & qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

1. Cor. 7. Virgo si nubat non peccat.

1. Pet. 1. Satagite fratres vt per bona opera certam faciatis vestram vocationem & electionem, hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum, regnum domini & saluatoris nostri Iesu Christi.

1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen eius manet in eo, & non potest peccare, quia ex deo natus est. Nota non potest peccare, sequens inclinationem charitatis, secundùm quam natus est ex deo: quia charitas non agit per peram.

Hæc scribo vobis vt non peccetis.

1. Cor. 13. Ex bonis operibus vos consyderantes
1. Ioan. 2. glorificent deum.

1. Pet. 2. Fructificantes in omni opere bono.

Colo. 1. Euigilate iusti, & ne peccetis.

1. Cor. 15 Si occulus tuus fuerit simplex, nõ habẽs
Matt. 6. aliquam partem tenebrarum, totum corpus

pus tuum (id est, tota congeries operum tuorum) lucidum erit.

Propositio III.

Fidem aliquam esse inanem, quia sine operibus. *Iaco.2*

Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? infra, Fides si non habeat opera, mortua est in seipsa, infra, Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est &c.

Propositio IIII.

Fides est opus. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit Iesus, hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille. Et iterum. Si filij Abrahæ estis, opera eius facite, sed præcipuum opus Abrahæ fuit fides. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi in iustitiam. Ecce fides inter opera computatur. *Ioan.8* *Gen.15*

Propositio. V.

Non sufficit credere. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos (non solùm credere, sed etiam) seruare *Mat. vlt.*

omnia

omnia quæcunq; mandauí vobis.

Ioan.9. Non ſufficit cæco quod liniatur oculus luto, ſed oportet quod vadat ad natatoria Siloën.

Si habuero omnem fidem, vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Per hoc probat Auguſtinus. *Augu.* 15. de trini. Fidem non habere neceſſariò charitatem annexam.

Gala.6. Itaq; operemur bonum ad omnes, maximè ad domeſticos fidei.

1.Tim.4. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex.

Philip.11. Vobis donatum eſt pro Chriſto, vt non ſolùm in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini.

Propoſitio VI.

Charitas eſt melior & perfectior fide.

1.Cor.3. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, maior autem horum eſt charitas.

Charitas manet in beatitudine, & perficitur, fides non.

Ibi. Charitas nunquam excidit: Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

Via charitatis eminentior quàm fidei: vnde

Vnde Paulus dicturus de charitate inquit. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. 1. Cor. 12.

Idem ait: finis præcepti charitas.

Christus interrogatus de magno mandato, respondit de dilectione, quod est maximum & primum mandatum. 1. Tim. 1.

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Iustus ex fide viuit, Itaque non ex operibus. Matt. 22. Rom. 1.

2 Qui credit in filium dei non condemnatur. Io. 5. Matt. 9.

3 Creditis quia hoc possum facere vobis, secundùm fidem vestram fiat vobis.

4 Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Gen. 15.

5 Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Ioan. 5.

6 Fides tua te saluam fecit, opera sunt hypocritarum. Matt. 9.

7 Charitas est fructus fidei, quare sola fides sufficit. Aug. de fide & operibus.

8 Paulus ad Rom. & ad Galat. contendit hominem iustificari per fidē sine operibus.

RESPONDENT CATHOLICI.

Hic constat verum esse quod Augustin. inquit

inquit hanc hæresim (non enim noua est, sed antiquissima) exortam ex verbis Pauli malè intellectis.

De primo Hebr. 11. Fatemur iustum ex fide viuere, est enim fides fundamentū spiritualis ædificij, quia sperandarum rerum substantia. Sed quod

De secundo. hæreticus assumit ex sola fide, lacerat & falsificat textum, quia nullibi dicit iustum ex sola fide viuere.

August. tra. 10. Super Ioan. habetur de pe. di. 2. cap. Charitas est aqua. Credere in deum vsu scripturæ, includit adhærere deo per charitatē secundum Augustin. Theologi iuniores appellant fidem formatam: liquet ex Sancto Paulo In Christo Iesu, neq; circuncisio quicquam valet, neque præputium, sed fides per charitatem operans: ecce Paulus non dicit sufficere quamcunque fidem, sed quæ operetur per charitatem.

Gala. 5. De 3. Liquet ex secundo, licet fides etiam informis poterat aliquid temporalis commodi impetrare, sicut Romani virtutibus impetrarunt tantam dignitatem, secundum August. de ciuitate dei libr. 5.

Hebr. 11. Et raab meretrix fide non periit (vt dicit Apo.) cùm incredulis excipiens exploratores cum pace. Ita & ipsius fide informi cōcomitante ipsam humili & deuota oratione, impetrare potest sui à peccatis per

Rom. 4. gratiam iustificationem. Credenti enim in

eum

eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam: Accedentémq; ad deum oportet credere quia est, Sine fide enim impossibile est placere deo. *Heb.11*

Respondet sanctus Iacobus. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est, infra. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm. *De 4. Iacobitæ.*

DICATVR SICVT DE SECVNDO.

Similiter, quòd autem calumniatur opera facere hypocrysim, cur tunc Christus dixit. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. *De 5. De 6. Matth.5.*

Et beatus Petrus in cano. sua hortatur fideles dicens. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus consyderantes vos vt glorificent deum &c. *1.Pet.2.*

Assumit falsum, quia charitas est fructus spiritus, non fidei, & similiter fides est *De septimo.*

Gal.5 fructus spiritus. Paulus ait, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, &c. fides, modestia.

Omnes tamen Lutherani coacti argumentis fidelium incipiunt distinguere de fide, veram formatam fidem appellant in vulgari nostro, den libereychen vuoltheti gen glauben, id est, boni operatricem fidē, quæ diues sit in charitate & operibus. aliā nominant historicam. Sicut Oecolampadius demegoria, ponit aliqua opera viua, & aliqua mortua.

OBIICIVNT LVTHERANI CONtra secundam propositionem.

Isa 64. 1 Facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

Eccles. 2 Non est iustus in terra qui benefaciat, & non peccet.

Psal. 142. 3 Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Rom. 7. 4 Quod nolo malum hoc facio, quod volo bonum non facio &c. Video autem aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ &c.

RESPONDENT CATHOLICI.

Hier. respondit propheram loqui de com-

parat

paratione iustitiæ legis, & iustitiæ legis Euangelicæ, nam legalis puritas ad Euangelium comparata est immunditia. Augustinus ait: iustitiam nostram comparatam ad diuinam iustitiam non esse iustitiam: sicut ait Christus Nemo bonus nisi vnus deus, quia nostra bonitas comparata ad deum non est bonitas, Luc. 18.

In Hebræo est peccabit, Sicut sept. legunt: sed hac non satisfacit, quia & faciet est futuri temporis: Secundùm lectionem ergo ecclesiæ. Non est qui faciat bonum, quin peccet: sed non semper tunc peccat, quando facit bonum. sed in alio opere, vt Hier. libr. 1. contra Iouin. & Augu. de peccatorum remissione lib. 2. cap. 29. De. 2.

Respondet August. adductam authoritatem exponens. Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Noli inquit, me iudicare secundùm te, qui es sine peccato, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis viuens, quod de hac vita dictum est esse, sine difficili quæstione intelligitur. Et quod ait. Non iustificabitur, ad illam perfectionem iustitiæ retulit, quæ in hac vita non est. Hæc ille. Petit Dauid iudicari secundùm piam iustitiam, iudica me domine Psalm. 7. & 25. sed non secundùm rigidam iustitiam. August. lib. 9. De ter. De perfectione iustitiæ.

confessionum.c.vlt.

De 4. Respondet Apost.ipse cap.sequen. Nihil ergo inquit, nunc damnationis (.i. peccati aut culpæ) est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundùm carnem ambulant, lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Potest igitur in Christi fidelibus, qui mente
2. Cor. 3. seruiũt legi Dei, Concupiscentia carnis repugnante legi mentis, nullum esse peccatum, quam tamen apostolus peccatum vocat, quia peccato facta, & peccati pœna est. Sicut & Christus pro nobis peccatum
1. Pet. 2 factus est, quia peccata nostra (id est, pœnas peccatis nostris debitas) ipse pertulit in corpore suo super lignum.

DE CONFIRMATIONE.

VI.

CONFIRMATIO EST *sacramentum.*

Probatur ratione. *Probatur auctoritatibus.*

BAPTISMVM Admittit Luther esse sacramentum, sed confirmationem negat. At quia in confirmatione est signum sensibile, habens

bens infallibilem assistentiam gratiæ spiritus sancti: ideo est sacramentum.

Quum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem: qui cum venissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum, nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine domini Iesu, tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. De Ephesiis. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu, & cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos. Ecce post baptismum, erat signum sensibile, scilicet impositio manuum, quo conferebatur gratia spiritus sancti, & ita erat sacramentum. *Actu. 8.* *Act. 19.* *De Ephe.*

SECVNDVM AXIOMA.

Et quòd soli episcopi hodie confirmãt, indicat textus hic quòd Philippus diaconus non confirmauit Samaritanos, sed apostoli Petrus & Ioannes. Et non est credibile aliquod donum gratiæ, ad electorũ pertinens consummationem fuisse olim in ecclesia, qd iam desit. Dionysius Areopagita recenset illius mysteria cap. 4. ecclesiasticæ Hierarchiæ, & teletem vnguenti *Secundum axioma.* *Dea&tuũ. 6. & 21.* *dionysius.*

dixit appellatum ab Apostolis.

Melchia. Melchiades Papa martyr. In baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur.

De consecrat. dist. 5. c. Spiritus sanctus. Concilium Aurelianense. Vt ieiuni ad confirmationem perfectæ ætatis veniant, vt moneantur confessionem prius facere, vt mundi mereantur spiritu sancti donum accipere, & quia nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit chrysmate vnctus, Cum aliis de consecra. distinct. 5.

Contra Luciferanos. Hierony. episcopus si imponit manum, his imponit, qui recta fide baptizati sunt, qui in patre & filio & spiritu sancto, tres personas & vnã substantiã crediderunt, &c. infrà. Quod si hoc loco quæras, quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi non accipiat spiritum sanctum? Disce hanc obseruationem ex ea authoritate descendere, quod post ascensum domini spiritus sanctus ad apostolos descẽdit, & multis in locis idem factitatum reperimus.

Marc. 10 Matt. 11 Christus quando imposuit manus paruulis: hoc sacramentum, vel instituit, vel insinuauit. Vide tomo quarto, Homilia vigesimaquinta.

DE

DE ORDINIS SACRAMENTO. VII.

QVIA negant ordinem esse sacramentum. Ex sacris literis doceatur ordo, & quod cum signo sensibili cõferat gratiam. Matt. 10

Ascendens Iesus in montem, vocauit ad se quos volebat ipse, & venerunt ad eum, & fecit vt essent 12. cum illo, & vt mitteret eos prædicare. Post hæc designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam. Mat. 6 Luc. 10

Accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22

Dixit Iesus Apostolis: Sicut me misit pater, & ego mitto vos. hæc cùm dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt. Ioan. 20

Dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, Act. 13

imponentéſq; eis manus, dimiſerunt illos.

1. *Tim.* 4 Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetam, cum impoſitione manuum presbyteri, in his te exerce.

1. *Tim.* 5 Nemini citò manus impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.

2. *Tim.* 5 Qui bene præſunt presbyteri, duplici digni ſunt honore.

Titum. 1 Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt conſtituas oppidatim presbyteros.

Philip. 2 Qui huiuſmodi ſunt, eos in pretio habere.

1. *Theſ.* 5 Rogamus vos fratres, vt agnoſcatis eos qui laborant inter vos, & qui præſunt vobis in Domino, & admonent vos, vt habeatis illos in ſummo pretio.

1. *Pet.* 5 Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei. Et infra. Et cùm apparuerit Princeps paſtorum percipietis immarceſſibilem æternæ gloriæ coronam.

Act. 20. Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos ad regendum Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

Act. 6. Aduerte hîc quòd diaconos menſarum & viduarum legimus ab Apoſtolis inſtitutos. Inter quos leguntur etiam prædicaſſe Stephanus & Philippus, qui Samaritanos

conuo

conuertit. Diaconos autem altaris qui ordinantur, ad orandum & prædicandum iungit Apoſtolus Paulus Epiſcopis, dicens: Omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis & diaconis, & ad Timotheum deſcripto Epiſcopo, deſcribit qualis debet eſſe diaconus. Habes hîc in Apoſtolo manifeſtam diſcretionem inter Epiſcopos & diaconos. Diſcretio igitur ordinum & miniſtrorum in Eccleſia, ſolidum habet fundamentum in ſacris ſcripturis, de quo vide in tomo quarto, Homilia 63. *Phil.* 1. 1. *Tim.* 3

Patet duodecim fuiſſe Apoſtolos, & ſeptuaginta duos diſcipulos, illis Epiſcopi, iſtis ſacerdotes ſuccedunt (docet Beda) Erant baptizati Apoſtoli, at non ſacerdotes, niſi cùm in cœna fecit eos ſacerdotes, dans eis poteſtatem conſecrandi corpus Chriſti verum, & poſt reſurrectionem abſoluendi corpus Chriſti myſticum. Et ſignum ſenſibile fuit in impoſitione manuum, & contulit gratiam, cur igitur à Luthero reiicitur, à ſacramento? Et non eſſe cuiuſlibet è plebe officium, patet per Prophetas.

Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant, ſi ſtetiſſent in conſilio meo, & nota *Hier.* 23.

feciſſent verba mea populo meo, auertiſ-
ſem vtique eos à via mala, & à cogitatio-
nibus ſuis peſſimis, tales ſunt hæretici, qui
ſi ſtarent in conſilio Dei, Deus eos illu-
minaret.

Num.25 De Phinees. Ecce do ei pacem fœderis
mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pa-
ctum ſacerdotij ſempiternum.

Mal.2 Pactum meũ fuit cum Leui (dicit Do-
minus exercituum) pactũ meum fuit cum
eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem, &c.
Lex veritatis fuit in ore eius, iniquitas
non eſt inuenta in labiis eius, labia ſacer-
dotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex-
quirent ex ore eius, quia Angelus Dei
exercituum eſt. Ecce pactum ſacerdotale
cum Leui, non cum alia tribu.

Hebr.5 Nec quiſquam ſumat ſibi honorem,
ſed qui vocatur à Deo, quemadmodum
Aaron, ſed legitur, non quemlibet è plebe
Exo.28 vocatum ad ſacerdotium, Aaron inquit,
& filios eius vnges, & ſanctificabis eos, vt
ſacerdotio fungantur mihi.

Num.4 Item legimus iuſſiſſe Dominum, quòd
quando mouenda eſſent caſtra filij Caath
portarent vaſa ſanctuarij inuoluta ab Aa-
ron & filiis eius, & non tangerent ea ne
moriantur. Hinc Datan, Chore & Abi-
ron, vſurpantes ſibi ſacerdotale officium

(ſicut

(ſicut modò laici Lutherani) à terra abſorpti ſunt, deſcenderúntque viui in infernum, & ducenti quinquaginta viri eis conſentientes, ab igne conſumpti ſunt. Ita Oza, quoniam vltra ſuæ ſortis conditionem manum Archæ Dei, ne caderet admouit, ſubita morte à Domino percuſſus eſt. *Num.16* *2.Reg.6*

Item Oſias Rex cùm opus ſacerdotale (adolere, ſcilicet, incenſum ſuper altare thymiamatis) præſumeret, increpatúſque ab Azaria & reliquis ſacerdotibus Domini, non deſiſteret, lepra in fronte perfuſus eſt, manſitq; leproſus vſq; in diem mortis ſuæ. Balthazar quoque Rex temulentus bibens ex vaſis aureis & argenteis, quæ Nabuchodonoſor pater eius aſportauerat de templo Dei, quod eſt in Hieruſalem, vidit manum ſcribentem in pariete. Mane techel phares, eadẽ nocte interfectus eſt, & Darius Medius ſucceſſit in regnum. *1.Pa.26* *Dan.5*

Hinc canonicis ſanctificationibus iuſtiſſimè ac ſanctiſſimè prohibitum eſt laicis, manibus attrectare res ſacras, puta calicem, corporale, hoſtiam conſecratam, & huiuſmodi, diſtinctione viceſimatertia, canone Sacratas, & cætera. Non oportet in ſacratas, & de conſecrat. diſtinct. prima, canone: In ſancta ſede, &c. veſtimenta.

Non

Non debent igitur huiusmodi sacra contingi aut offerri, nisi à sacratis hominibus,
Dan. 5 ne vltio quæ Balthasar Regem percussit, super hoc transgredientes veniat.

Dionysius S. Pauli discipulus capite 5. cælestis Hierarchiæ, prosequitur ritum Apostolorum in consecrandis Episcopis, presbyteris, & diaconis.

Ignatius discipulus sancti Ioannis ad Trallianos extollit dignitatem Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum. Hoc idem docuit per Epistolam Smyrnen. Et ad Antiochenses inquit, Saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, hostiarios, laborantes exorcistas, aque confessores.

Cyprianus libro primo, epistola tertia, ab initio meminit acolythi.

Ecce tempore Apostolorum omnes fuisse ordines.

Renarrat omnes ordines Hieronymus, in epistola ad Rusticum Episcopum Narbonensem.

OBIICIVNT LAICI.

1 Omnes Christianos esse sacerdotes, & vnctos ex baptismate in sacerdotes.

1. Pet. 2 2 Vos estis genus electum, regale sacerdotium.

Dilexit

3 Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo. *Apoc. 6*

4 In vno spiritu omnes in vnum corpus baptizati sumus, & omnes in vno spiritu potati sumus. Sequitur nos omnes æqualiter esse sacerdotes. Similiter dicunt Chrysostomus & Hieronymus. *1. Cor. 12*

5 Obsecro vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum: hoc possunt etiam laici. *Rom. 12*

RESPONDENT CATHOLICI.

Ordinationes illas Lutheranas, solitas esse apud hæreticos, docuit ante mille trecentos annos Tertullianus, faciunt enim ex sacerdotibus laicos, & sacerdotalia munera laicis iniungunt, Conatur Luther non alios facere sacerdotes, quàm Pharao & Gentiles, & sicut scriptura meminit de Hieroboam, qui ex nouissimis de plebe instituit sacerdotes: & prohibuit populum ne ascenderet Hierosolymam, sicut Luther, ne ascendat ad Romam. *2. Reg. 12*

Liquet omnes fideles esse sacerdotes, sicut sunt Reges, hoc est spiritualiter, quia Deus regnat in eis per liberã charitatem, & ipsi per vnctionem Sancti spiritus regunt *De primo*

gunt vires animæ, & sensus suos, ac præter istos Reges etiam mendicos sunt in Ecclesia Reges & Præsides externi. Sic omnes fideles, quia offerunt Deo fidem & orationes, &c. sunt sacerdotes spirituales, & illud sacerdotium non eget ceremoniis, sed præter hoc sacerdotium internum, est vnum externum in ecclesia certis personis
1. Cor. 3 affixum. Sume exemplum, quilibet fidelis est templum Dei, templum Dei sanctum estis vos, dicit Paulus, sed præter ista templa, est templum externū certo loco affixum, in quo loco fideles congregantur.

De secun. Es obduratus morte hæreticorum, iam facies omnes etiã Iudæos esse sacerdotes,
Exo. 19 eò quòd dicatur Iudæis. Si audieritis vocem meã, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiũ de cunctis populis, & in regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc ad vniuersum Israël dicta sunt, sed Reges fuerunt, & sacerdotes, modo præfato.

Lib. 20 Vnde beatus Augustinus exponens il-
de Ciuita. lud Apocalipsis vigesimo. Sed erunt sa-
Dei c. 10. cerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis, ait: Non vtique de solis Episcopis & presbyteris dictum est, qui propriè iam in Ecclesia vocantur sacerdotes, sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic om-

nes

nes ſacerdotes, quoniam membra ſunt vnius ſacerdotis: De quibus Apoſtolus Petrus. Plebs, inquit, ſancta, regale ſacerdotium, &c. Et Hieronymus contra Luciferanos, qui receperunt laicum peccatorem qui erraſſe ſe confitebatur, nō autem Epiſcopum, niſi depoſito ſacerdotio.

Habes itaque maximum inter ſacerdotem & ſacerdotium, Laicum & hierarchicum, diſcrimen. Peccant igitur Lutherani decepti per equiuocationis ſophiſma: non intelligentes quomodo in ſcripturis ſacris, ſacerdotis & ſacerdotij nomen variè his qui ad id muneris è populo aſſumpti ſunt, vt orent & ſacrificent pro ſuis & populi peccatis, & aliis quibus hi præſunt pro quibus ſacrificant & orant, adſcribitur. 1. Pet. 2.

DE TERTIO SIMILITER DICATVR.

Torquent hunc locum hæretici, nam etiam ſi ſumus omnes vnum corpus in Chriſto, quomodo tam ſtupidè infert, ergo omnes ſumus manus, aut omnes ſumus pedes, cùm etiam in ipſis membris ſit differentia? quare cum vnitate corporis ſtat morborum differentia. De 3. De 4.

Fatemur omnes Chriſtianos etiam laicos poſſe offerre oblationes ſpiritales, De 5.

& ita

& ita posse esse sacerdotes mysticos, erigentes in se altare affectus in Deum, sed non est consectarium, propterea eos esse sacerdotes externos, hierarchicos.

DE CONFESSIONE.

VIII.

*

Matt. 10

CONFESSIONEM esse necessariam pro sacramento pœnitentiæ, ipsamque iure diuino præceptum.

Christus dixit Petro, Tibi dabo claues regi cælorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum in cælis, & quodcunq; solueris super terrã, erit solutum & in cælis. Hæ autem claues sunt duæ, scientiæ scilicet & potestatis. Clauis scientiæ est facultas discernendi inter leprã & lepram. Item inter lepram & non lepram, id est inter peccatum & peccatum, & inter peccatum & nõ peccatum. Clauis verò potestatis est facultas soluendi & ligandi. Nam post causæ cognitionẽ in foro iudicij pœnitentialis inter confessorem & confitentem, quod fit per clauem scientiæ, restat

senten

ſententiam in negotio ferre, quod eſt ſoluere vel ligare, & hoc fit per clauem poteſtatis. Negare igitur confeſſionẽ eſſe præceptam à Chriſto, eſt negare poteſtatem clauium traditam Chriſto quod eſt manifeſtè contra Chriſti euangelium. Quęcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo: Inſufflauit in eos dicens: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Ioan. 20*

Gemina poteſtas abſoluendi, & remittendi, qua vti deberet, neſciret ſacerdos, ni ſi detegeret ei crimina. Ideo præmiſit, accipite ſpiritum ſanctum, ac ſi dixiſſet, directione ſpiritus ſancti confitenti peccata ſoluatis, aut retineatis.

Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Hic Iacobus vt dei præco, annunciauit hominibus præceptum dei de confitendis peccatis, & intelligitur cum præciſione. *Iaco. 5 Hu. de ſancto Vi. lib. 2 de ſacramento.*

Habetur inſuper præfigurata confeſſio, & facta apoſtolis. Homines baptizabantur à Ioanne in Iordane, confitentes peccata ſua. *Matt. 3*

Multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus ſuos. *Act. 19*

Eccl.5 De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum.

Et quòd hæc planè accipiantur de confessione liquet, quia praxis ecclesiæ optimè interpretatur scripturas.

1.Ioan.1 Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

Pro.18 Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem ea confessus fuerit, misericordiam consequetur.

In epist. Dionysius ad Demophilum increpat eum, quòd peccatorem procidentem sacerdoti, contra disciplinæ ordinem astans abiecerit, cum ille verecundè fateretur se ad peccatorum remedia quærenda venisse.

Super Psal.37 Origenes: Tantummodo circunspice: diligentius debes confiteri peccatum tuum, proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cũ infirmante, & cętera vt ita demum, si quid ille dixerit, si quid consilij dederit, facias & sequaris. Si præuiderit talem esse languorem tuum, qui in conuentu totius ecclesię exponi debeat & curari, ex quo fortassis & cæteri ædificari poterunt, & tuipse facile sanari.

sanari, multa hoc deliberatione: & satis perito medici illius consilio procurandum est. Hæc omnia auricularem probant confessionem.

Basilius de institutione monachorum, necessarium videtur iis quibus dispensatio mysteriorum committitur confitenda esse peccata. *Basilius.*

Diuus Hieronymus aduersus Montanum hæreticum scribens, testatur hanc Montanorum impiam fuisse hæresim, vt erubescant coram sacerdote confiteri peccata admissa. Idem Hieronymus Capite decimo super ecclesiasticum, inquit, Si cui serpens Diabolus genuinum dentem (vt prouerbio fertur) infixerit, & nullo conscio, hominem malo peccati veneno interfecerit, si ille silentio præterierit, qui mortali vulnere à serpente venefico ictus, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro voluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.

Cyrillus super Leuit. scribens, septem gradus remissionum, inter reliqua verba sic ait. Est adhuc in septima, licet dura & laborioſa

borioſa per pœnitentiam remiſſio peccatorum, cùm lauat peccator lachrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei lachrymæ ſuæ panes die ac nocte, cùm non erubeſcit ſacerdoti domini indicare peccatũ, & quærere medicinam, ſecundùm eũ qui ait. Dixi, pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. In quo impletur illud quod Iacobus Apoſt. ait: Si quis infirmetur in vobis, vocet presbyteros eccleſiæ, &c.

In huius rei figuram Chriſtus leproſo
Matth.8 mundato dixit. Vade oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes: ſimile præcepit decem leproſis: Lazaro ſu-
Luc.17 ſcitato dixit. Soluite eum, & ſinite abire. Vide libr. 2. de pœnitentia.

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Ioannis 20. nihil præcipitur de confeſſione, ſed ſolùm ſacerdotibus, vt abſoluãt.

2 Iacobi quinto loquitur de confeſſione fraterna, nam non dicit confitemini ſacerdoti, ſed alterutrum.

3 Adulteræ non dixit. Vade & confitere ſacerdoti, ſed vade, noli amplius peccare, ita de Magdalena.

4 Ambroſius inquit, Petri lachrymas lego, confeſſionem non lego.

In

5 In tripartita historia traditur abrogatam fuisse confessionem sub Nectario Constantinopolitano.

RESPONDENT CATHOLICI.

Cùm Ioan.20.maxima illa potestas noscatur sacerdotibus tradita, magisterio spiritussancti didicit ecclesia vsum illius potestatis ab ipsis apostolis. Et vt Bernard. inquit, Sufficiebat ostendere infirmo medicū, qui si vult sanus fieri inquiret eum. De pri.

Verum est sanctum Iacobum non cum præcisione determinasse, cui sit confitendum, quia iam Christus expresserat absoluentes peccatores, ideo sufficiebat Iacobo exprimere illud quod erat necessarium ad absolutionem, scilicet confessionem, non speciatim indicans iudicem. De 2.

Nondum erat potestas illa absoluendi in ecclesia, ideo cum confessio non esset instituta, adultera & Magdalena ad confessionem non tenebantur. Porrò ea quæ fiebant speciali priuilegio, non sunt trahenda in consequentiam, per communem theoricam. De 3.

Similiter respondetur, licet argumentum non legitur, etiam à pueris rideatur. De 4.

Loquitur de confessione pœnitentię solennis, non priuata peccatorum confes-

sione. Vide latius de confessione librum nostrum.

DE SATISFACTIONE.

IX.

PRIMVM AXIOMA.

DIMISSA culpa per contritionem & absolutionem, pœnitens satisfacere debet pro pœna. Adà proculdubio pœnituit post culpam: neque tamen ilico à pœna sibi à Gen.2 deo comminata. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris, solutus est: Imo post transgressum diuinum præceptum, vltra comminatam mortis pœnam Gen.3 alias super addidit deus, dicens Adæ. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes: Maledicta terra in opere tuo, In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vescéris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua assumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Mulieri quoque

dixit

dixit: Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & cætera. Et sicut omnes peccauimus in Adam: Ita omnes morimur in ipso, remissa etiam in baptismo, originalis peccati culpa, pro qua mors & aliæ pœnalitates sunt inflictæ. *Rom. 5*

Dauid post commissum adulterium & homicidium pœnitens dixit ad Nathan. Peccaui domino, Dixitque Nathan ad illum: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Transfertur autem peccatum, non quò ad culpam, sed ad pœnam. Quod fusius explicant Gregorius & Augustinus de pœnitentia distinctione prima, capit. Si peccatum Dauid, & cap. Sicut primi parentes. *1. Reg. 12*

Sunt & alia multa exempla, quæ iidem indicant & probant, Maria soror Moysi post dimissam in Moysem murmuris culpam lepra percussa est, nec ilico orante Moyse dominum pro ea vt sanaretur, mũdata est, sed septem diebus iubente domino in pœnam peccati, extra castra separata, leprosa permansit. *Nu. 12*

Deus prædixit Moysem & Aaron non ingressuros neq; introducturos populum Israëliticum in terram promissionis, propter peccatum incredulitatis apud aquam *Nu. 20*

contradictionis, dimisso proculdubio his
Gen.42 sanctis viris hoc peccato. Fratres Ioseph fatebantur se iustè pati pro flagitio in germanum perpetrato, dicentes inter se. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, &c.

1. Reg.24 Heli quia filiorum facinora minus quã debuit, corripuit, cadens de cella retror-
2. Regum sum, fractis ceruicibus, mortuus est. Indul-
vlt. tum Dauidi per misericordiam dei (quam implorabat) piaculum numerati populi, sæuissima pestis comitata est, & eo pœni-
1. Par.11 tente, iussus à propheta Gad satisfacere, erexit altare, & obtulit pro.50. siclis.

Ioan.3 Niniuitæ ieiunauerunt, induerunt se sacco, &c.

3. Reg. 21 Achab ieiunauit, operuit se cilicio, dormiuit in sacco, ambulauit demisso capite, & placauit dominum.

Hier.18 Si egerit gens illa pœnitentiam à malo suo: & ego agam pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei.

Deut.25 Pro mensura peccati erit & plagarum modus.

Apoc.18 Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.

Eccl.5 De propitiato peccato noli esse sine metu, & ne dicas: Miseratio domini magna est, mul

est, multitudinis peccatorum miserebitur. Christus sanato paralytico 8. annos in infirmitate habenti dixit, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid contingat, manifestè innuens hanc in tot annos perseuerantem infirmitatem, non nisi in pœnam peccati, longe ante (id quod haud quaquam incredibile est) per patientiam infirmi & dei misericordiam deleti, inflictam: vide tomo. 4. Homilia 49. & lib. 3. de pœnitentia. Ioan. 5

SECVNDVM AXIOMA.

Opera satisfactoria, puta oratio, ieiunium, eleemosyna, quæ confitenti iniunguntur, ad pœnitentiæ sacramentum pertinent.

In Leuitico iubet dominus offerri diuersas hostias pro diuersis, sacerdotis, & populi peccatis. Leui. 4 5. & 6

Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu. Daniel consuluit Nabuchodonosori, dicēs. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Ioel. 2 Dan. 4

Niniuitæ pœnitentes ad Ionæ prædicationē, induti saccis ieiunauerunt vnà cum iumentis, orantésque clamauerunt ad dominum, Viditq; deus opera eorum, & misertus est eis. Hos collaudans saluator noster Chri Iona. 3

ſter Chriſtus, præfert Iudæis impœniten-
Luc 11 tibus, dicens: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, ſcilicet obſtinatorum non ſatisfacientium pro delictis ſuis, & condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam ad prædicationem Ionæ.

Matt.3 Ioannes baptiſta hortabatur populum
Luc. 3 dicens, facite fructus dignos pœnitentiæ. Chriſtus exprobrabat ciuitatibus in qui-
Matt.11 bus factæ ſunt plurimæ virtutes, quia non egiſſent pœnitentiam, Væ tibi Corozaim. Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tiro & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt
Luc.33 in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.

Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis, ſicut illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloë, & occidit
2.Cor.6 eos. In omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros in ieiuniis mul. &c. Itaque liquet ſatisfactionem verè pœnitenti per neceſſariam eſſe.

OBIICIT LVTHERVS.

Luc.3 1 Primò Ioan. Baptiſta, miſſus prædicare pœnitentiam docuit ſolum obſeruantiam præceptorum dei, dicens. Nihil amplius quam quod cõſtitutum eſt vobis faciatis, nulla de ſatisfactione mentione habita.

Ezech.18 2 Dominus dicit per Ezech. Si cõuerſus fuerit

fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & nó morietur. Ecce nihil imponit nisi iudicium & iustitiam &c.

3 Micheas dicit: indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te, Vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & ambulare sollicitum cum deo tuo &c. *Mich. 6.*

Et corroborat, quia Propheta ibidem irridet eos, inquit qui per opera satisfacere volunt, dicens: Quid dignum offeram domino? Nunquid ei offeram holocaustomata, & vitulos anniculos? Nũquid placari potest in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum. &c. quasi diceret non. *Idem.*

4 Christus per passionem suam & mortẽ satisfecit pro peccatis nostris. At passio Christi sufficiens erat non solùm pro peccatis amouendis, sed etiam pœnis delendis. Languores enim nostros ipse tulit, ait Propheta, & dolores nostros ipse portauit ergo &c. *Esa. 53.*

RESPONDENT CATHOLICI. *De pri.*

Negamus primò Ioannem non docuisse satisfactionem, Induxit quippe eleemosynam quæ ad satisfactionem pertinet, dicens. Qui habet duas tunicas, det non haben

habenti, & qui escas habet similiter faciat. Imo baptizati à Ioanne confitebantur peccata sua, vt secundùm qualitatem peccatorum, eis pœnitentia determinaretur. Vnde docuit dignos facere fructus pœnitentiæ, qui fructus vtique per opera satisfactoria. Mentitur igitur Lutherus Ioannem non nisi præceptorum obseruantiam imposuisse.

Ad hæc dicimus quòd Ioannes prædicauit non absolutè pœnitentiam, sed baptismum pœnitentiæ, non suum, sed Christi in remissionem peccatorum. Ideo non debebat à se baptizatis, & post modum Christi baptismate (in quo simul remittitur & culpa & pœna) baptizandis, expressiorem de satisfactione facere mentionem.

De secun. dicitur 2. In verbis prophetæ nihil aliud pollicetur, quàm vita gratiæ, ad quam assequendam & si non præexigatur satisfactio in re, præexigitur tamen in voto & proposito, & necessariò sequitur ad assequutam gratiæ vitam conseruandam.

Porrò si hoc prophetæ verbo non exprimeretur satisfactio, tamen sequitur, ergo satisfactio non est, aut propheta fefellit nos. Quandoquidem quòd vno loco in scripturis non exprimitur, alibi abundæ

depro

depromitur. Sicut hoc loco ſolam iuſtitiam exprimit, nihil de fortitudine, temperantia, aut caſtimonia loquens, quæ tamen aliis in locis ponuntur ac præcipiuntur.

Micheas in his verbis non ſecludit, quin potius includit opera ſatisfactoria. Nempe per iudicium intelligitur ſeuera ſuiipſius condemnatio, per diligere miſericordiam, eleemoſynæ ac pietatis opera ex charitate in pauperes exercenda, & perambulare ſolicitum cum deo, præceptorum diuinorum obſeruantia, Concordat Auguſt. dicens. In hac pœnitentia, maiorem in ſe quiſque ſeueritatem debet exercere, vt à ſeipſo iudicatus, non iudicetur à domino, ipſe Apoſtol. ait. *De ter. dicitur 3.* *De penitẽtiæ medicina. ca. 1.*

Neque Micheas irridet eos qui deo per bona opera ſatisfacere volunt, ſed vult, quòd ſacrificia & holocauſtomata animalium non ſufficiebant, nec valebant ad deletionem peccatorum. Impoſſibile enim erat ſanguine hircorum & vitulorum auferri peccata. Et quòd in ſeipſis grata non erant neque accepta deo. *Heb. 10.* *Eſa. 1.*

Paſſio Chriſti quæ ſufficiẽs eſt ad tollendum omnẽ reatũ pœnę, nõ ſolùm æternę, ſed etiã temporalis, & ſecũdùm modũ quo homo participat virtutẽ paſſionis Chriſti, perci *De quart. di. 3. per. q. 45. arti. 43.*

percipit etiam absolutionē à reatu pœnæ.

Rom.7. In pœnitentia enim homo consequitur virtutem passionis Christi secundùm modum propriorum actuum quæ sunt materia pœnitentiæ. Vnde Apostolus hortatur pœnitentes dicens: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Vide Tomo. 4. Homilia. 51.

Depœ. di. 8. ca Sunt plures. Et si obiiciatur, August. dicit li. de pœnitentia: Nunquàm dominus aliquem sanauit, quem non omnino liberauit, totum enim hominem sanauit in sabbato, quia corpus ab infirmitate, & animam ab omni cōtagione: ergo videtur, quòd remissa culpa simul etiam remittatur omnis pœna.

Dicendum, quòd Deus totum hominem perfectè curat. Sed quandoque subito, sicut socrum Petri statim restituit perfectæ sanitati. *Luc.4.* Quandoq; autem successiuè, sicut cæcus illuminatus à domino, primò, restitutus est ad imperfectum visum, vnde *Mar.8.* ait: Video homines velut arbores ambulantes, deinde restitutus est perfectè, ita vt videret clarè omnia. Et ita etiam spiritualiter, quandoque tanta commotione conuertit cor hominis, vt subitò perfectè consequatur sanitatem spiritualem, vt Magdalena.

Quam

Quando autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperantem, successiuè tollit reatum pœnæ & alias peccatorũ reliquias. Non habetur igitur ex facto Christi, quòd remissa culpa, simul remittatur omnis pœna, sed magis contrarium &c. Luc. 7.

DE EVCHARISTIA SVB VTRAQVE SPECIE.

X.

SVFFICERE LAICIS ALTERAM *speciem ostenditur.*

HIc Est Panis qui de cælo descendit, vt si quis manducauerit ex eo, non moriatur. Panis verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Ego sum Panis viuus, qui de cælo descendi. Et Panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vitã. Ecce solius Panis meminit. Ioan. 6.

Euntibus discip. duobus in Emaus sub sola specie Panis dedit eis Christus sacramen- Luc. 24.

mene

mentum, secundùm Aug. lib. 3. de consensu Euangelistarum, & Chrysostomus super Matthæum.

Matt. 6. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, oramus quotidie.

Act. 2. Erant perseuerantes in doctrina apostolorum, & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus.

1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in azimis sinceritatis & veritatis.

Patet quòd vbique solùm fit mentio panis, nulla vini. Amb. Hie. Eusebi Benedic. morituri communicauerunt solùm sub specie panis, & feria sexta sancta, sacerdotes communicant solùm sub specie pani, in cuius figuram Dominus prædixit de posteris

1. Reg. 2. Hely, vt quicunque venerit ad sacerdotẽ, ei dicat, dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam bucellam panis.

1. Cor. 1. Vnus panis, & vnum corpus, multi sumus omnes, qui ex eodem pane participamus. Et ita constituit sacra Constantiensis

Ambr. synodus: Ambrosius loquens de communicatione Laicorum libro de sacramentis, non meminit nisi panis. Ignatius in epistolam ad Ephesios inquit. Obedientes episcopo & Presbytero imprævaricabili sen-

su,

ſu, frangentes panem, qui eſt medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, ſed viuendi. Ecce non meminit vini. Gregorius libro tertio, Dialogo. refert de Sancto Agapeto, quomodo mutum & claudum porrectione dominici corporis ſanauit, nulla habita vini mentione. *Grego.*

Concilium Remenſe prohibet, ne Laici portent ſacramentum corporis ad infirmos: nulla fit mentio ſpecierum vini. *De conſ. 2. ca. per. cauſam. preſ.*

Sic præcipitur de euchariſtia panis vt ſacerdos ſemper habeat paratam: de vino nihil præcipitur. Et eſt cõcilij Guarmatiẽſis.

In concilio Sardicenſis, Oſius prohibet quibuſdam temerariis, vt ne laicam communionem percipiant, niſi pœniteant in fine, & quæ eſt laica communio, niſi Euchariſtiæ ſub ſpecie panis ſumptio? *Epiſco. Cor. c. 2. De elect. Lib. di 1. Si epiſc.*

Simile conſtituitur in concilio Agatenſi, de ſacerdote criminoſo, quitruſus in monaſterium Laicam tantùm ſumat communionem, vide tomo. 4. Homil. 34.

OBIICIVNT HAERETICI primo.

1 Chriſtus inſtituit ſub vtraque ſpecie, & communicauit Apoſtolos ſub vtraque ſpecie & mandatum dedit omnibus dicens, bibite ex hoc omnes.

2 In primitiua ecclesia communicabant sub vtraque specie, sicut probatur per Cyprianum, tractatu de lapsis, vbi Diaconus sacramentum calicis puellæ infudit.

3 Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

4 Sacramentum totum debet dari laicis, alioquin qua ratione priuati sunt iam laici calice, eadem ratione ecclesia posset eos ab eucharistia coercere.

5 Omnes fatentur sacerdotem sub pœna peccati debere communicare sub vtraque specie, & cur non peccant laici id obmittentes.

RESPONDENT CATHOLICI.

De prima. Concedimus Christum consecrantem instituisse sacramentum sub vtraque specie, & dedisse Apostolis sub vtraq; specie, qui iam erant sacerdotes: ideo hodie sacerdos celebrans sumit sub vtraque specie, sed quid hæc ad laicos? Et bibite omnes, est dictum Apostolis & sacerdotibus, qui hoc faciunt, id est consecrant in Christi commemorationem, nam alij non interfuerant, nisi Apostoli, vt ex Euangelio liquet, idem Marcus ait, & biberunt ex eo omnes, quod de Laicis falsum esset. *Mar. 14.*

Fatem

Fatemur hunc vſum fuiſſe in primitiua Eccleſia, nec tamen vniuerſalis fuit vſus, vt patet ex actis, ſecundo capite, & ab eccleſia mutatum. *De ſecun.*

1 Primo quia penſata multitudine populi, vbi ſunt ſenes, iuuenes, debiles, ſi non adhiberent debitam cautionem, fieret iniuria ſacramento, per effuſionem liquidi.

2 Secundo in tanta multitudine, quo vaſe commodè contineretur ſacramentum vini, & ſine effuſione promeretur?

3 Tertio non facile ſacramentum vini conſeruari poſſet pro infirmis, quia aceſcit, putreſcit, mouens nauſeam vel vomitum ſumentibus.

4 Quarto ſine periculo effuſionis non facile poteſt deferri de loco in locum pro infirmis.

5 Quinto contingeret alioquin, ſacramento digniſsimo, ſummam fieri irreuerentiam.

6 Sexto. Rem miraculis teſtatam refert Alexander de ales, quòd cùm religioſi inſtarent pro ſumptione ſub vtraque ſpecie, dum ſacerdos eſſet in actione ſacramenti, apparuit patina plena ſanguine, quod videntes religioſi obſtupuerunt, quo ſigno petitio eorum ceſſauit. Porrò credendum eſt à primitiua eccleſia incepiſſe

laicos communicare sub altera specie, & quòd fit vnum, quòd veniat ex traditione Apostolorum, quia initium huius monstra re nemo potest.

De tert. *Ioan. 6.* Quia manducatio sacramentalis exigit spiritalem, verba quæ ego locutus sum, spi ritus & vita sunt, vnde sub qualibet specie est totus Christus, corpore & sanguine. Ideo laicus sub specie panis, bibit sanguinem, sed non sub specie propria, sed sub specie panis Porrò Christus solum agit de incorporatione nostra in ipsum, quod com munio corporis satis indicat. Ideo ad hoc sacramentum hic oculus nō est habendus.

De quart. Quòd ex causa ecclesia non dat alteram speciem, potuit ecclesia, quia non minus est sub vtraque specie, quàm duabus, & tan tum fructum percipit de vna specie, sicut de alia, at ecclesia fideles non debet spolia re fructu sacramenti ex integro.

De quint. Consecrans vtranque speciē consecrat, quia agitur repræsentatio dominicæ pas sionis, ideo corpus & sanguis simul sub v traque specie consecrantur: & sacerdos in persona totius populi offert, & sumit sub vtraque specie in cuius persona totus po pulus quadam spiritali sumptione sanguinem Christi bibere gaudenter debet crede re.

DE

DE MATRIMONIO.

XI.

Matrimonium esse sacramentum ostenditur.

MVLIERES viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniam vir est caput mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corporis sui, infrà, propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: sacramẽtum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Hic apertè pronuntiat sacramentum, quia coniunctionem viri & vxoris, & ostendit, cuius rei sacræ sit signum, quia Christi & ecclesiæ. Et ne credas solum per similitudinem, adductum, ostendit verum esse sacramentum à primo propheta pronuntiatum: sic intelligit Hiero. *Ephes.* 5

Honorabile connubium in omnibus, chorus immaculatus. Macula non careret thorus, si non esset gratia sacramenti. *Heb.* 13

Quos Deus cõiunxit, homo nõ separet, *Mat.* 19

coniunctio diuina non est sine gratia.

1. Cor. 7 Propter fornicationem vitandam vnusquisque habeat vxorem suam.

Pro. 19 Domus & diuitiæ dantur à parentibus à Domino autem propriè vxor prudens.

1. Thes. 4 Vnusquisq; vestrum sciat possidere vas suum in sanctificatione & honore, sanctificatio non est sine gratia.

2. Tim. 3 Saluabitur autem per filiorum generationem, si manserit in fide & dilectione. Sine gratia generare filios esset plus damnatio, quàm saluatio.

1. Cor. 7 Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier fidelis virum habet infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum, sanctificatus est enim vir infidelis per mulierē fidelem, alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti, scilicet per sacramentum.

Gen. 2 Probabile est benedictioné quam dedit Deus Adæ & Euæ non fuisse sine gratia.

Auguſt. Augustinus: Non tantùm fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tantùm pudicitia, cuius vinculum est fides, verumetiam sacramentum nuptiarum, commendatur fidelibus.

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Ad Ephesios tertio vbi Apostolus dicit matri

matrimonium ſacramentum, in Græco legitur myſterium.

2 Nec dicit abſolutè matrimonium eſſe ſacramentum magnum, ſed in Chriſto & Eccleſia.

RESPONDET CHRISTIANVS.

Fatemur matrimoniũ eſſe myſterium, ſed qua temeritate infert. Itaque non eſt ſacramentum, cùm omnia ſacramenta ſint myſteria, & Græci appellant ſacramenta in communi, myſteria. *De prima*

Matrimonium eſt magnum ſacramentum in Chriſto & Eccleſia, ac per hoc non poterit probare hæreticus, vt ſic minus ſit ſacramentum, nam hîc explicat Apoſtolus, quomodo ſit rei ſacræ ſignum, non ſolùm gratiæ, ſed etiam vnionis Chriſti & Eccleſiæ. *De 2.*

DE EXTREMA VNCTIONE XII.

Vnctio extrema ſacramentum eſt in Eccleſia Dei, à S. Iacobo promulgatum.

INFIRMATVR quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine *Iac. 5*

Domini, & oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.

Mat.5.6 Apostoli vngebant oleo multos ægros, & sanabantur.

Hic est materia scilicet vnctio olei, scilicet oliuæ, quod propriè oleum dicitur. Alij enim liquores ex similitudine ad ipsum olei nomen accipiunt forma, quia cum ratione, & effectus scilicet remissio peccatorum. Est ergo sacramentum, quia signum, sensibile, sacræ rei signum. Nam *Dionysius.* ad quid aliud fieret vnctio? Dionysius determinat eam capite septimo, de ecclesiastica Hierarchia, & Hugo de sancto Victore.

Augustinus. Augustinus libro secundo de visitatione infirmorum, docet infirmum debere confiteri, communicare, & vnctionem sumere, ait enim, Nec præmittendum est illud Apostoli Iacobi præceptum. Infirmatur quis in vobis, &c. Ergo roges de te, & pro te fieri sicut dixit Apostolus Iacobus, imò per Apostolum suum Dominus. Ipsa videlicet olei sacrati delibutio, intelligitur Spiritus sancti typica vnctio.

August. Augustinus de rectitudine catholicæ conuersationis dicit. Qui ægrotat, in sola Dei misericordia confidat, & Eucharisti am

ſtiam cum fide, & deuotione accipiat, oleúmque benedictum fideliter ab Eccleſia petat, vnde corpus ſuum vngatur.

OBIICIT HAERETICVS.

1 Apoſtolus non poteſt ſacramentum inſtituere.

2 Porrò dubitatur de authoritate illius epiſtolæ.

RESPONDET CATHOLICVS.

Non videtur abſonum Apoſtolum authoritate Chriſti, & iuſſu Spiritus ſancti inſtituere ſacramentum. At ſi etiam Chriſtus illud inſtituit, tamen Iacobus promulgauit. *De primo*

Et ſi aliquando dubitatum fuerit de illa epiſtola, an ab alio fuerit perſcripta quàm Iacobo: tamen canonicam obtinuit authoritatem Hieronymo teſte, & prima ponitur in canonicis ante Petri, Ioannis & Iudæ epiſtolas. Quòd ſi eccleſiam non audis hanc Epiſtolam approbantem, iam omnia erunt incerta, quia huiuſmodi temerarius etiam negaret epiſtolas Pauli. Vide tomo 4. Homilia 52. *De 2.*

DE HVMANIS CONSTITVTIONIBVS.

XIII.

Humana constitutio conciliorum & Pontificum seruanda.

Luc.10 QVI vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Ecce quòd Christum & Euangeliũ spernit, qui Ecclesiæ Prælatos & ecclesiasticas constitutiones contemnit.

1.Tha.4 Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum Christum: & post. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum sanctum in nobis.

Exo.16 Moses contra & Aaron murmurãti populo dixit: Audiui murmur vestrum contra dominum. Et infrà: Nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

1.Ioan.4 Qui nouit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos. Per hoc cognoscimus spiritum veritatis & erroris.

Rom.13 Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ enim est potestas nisi à Deo

Deo: quæ antea sunt à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. *Titum.3*

Subditi estote omni creaturæ, siue Regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Et post, Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam discolis, quoniam sic est voluntas Dei. *1. Pet.2*

Posse homines statuere, indicant Apostoli prohibẽtes ab immolatis idolorum, *Ad Tit.* *Ad Tim.*
sanguine, & suffocato, indicat Paulus, qui tot leges dedit de constituendis Episcopis, de viduis, de mulieribus velandis, vt non prædicent mulieres, de non deserẽdo coniuge infideli, de rebus prophanis & secularibus iudiciis. Et Paulus homo fuit. Actuum decimoquarto. *Ad Cor.*

Itaq; fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue epistolam nostram. *2. Thes.2*

Imò semper licuit sacerdotibus & presbyteris statuere. Deuter. duodecimo: prohibet Dominus ne erigatur altare, nisi vbi sit archa fœderis, tamen Samuel existente *Deut.2*

temp

templo in Silo, erexit lapidé in Maſphat,
1. Reg. 7 Et Helias erexit in monte Carmelo. Deu-
3. Reg. 8 terono. 17. Si iudicium ambiguum fuerit,
ſupra loco. 7.

Matt. 23 Supra cathedram Moyſi ſederunt Scri-
Matt. 8. bæ & Phariſæi, quæ dicunt facite.

Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

Phil. 3 Quicunq; perfecti ſumus, hoc ſentiamus, & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis reuelabit Deus. Ecce quod eccleſia ſtatuit in honorem Dei, hoc Deo reuelante facit.

1. Cor. 11 Laudo vos fratres quòd per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis, non autem tradidit eis omnia in ſcriptis, vt ſupra, & huiuſmodi præcepta tradita in primitiua eccleſia, ſcripta & non ſcripta teſtatur Dionyſius primo de eccleſiaſt. hierarchia.

Deut. 12 Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, ſinguli quid ſibi rectum videtur.

SECVNDVM AXIOMA.

Eccleſiaſticæ conſuetudines, ritus & ceremoniæ, æquè ſunt obſeruandæ atque leges diuinæ.

ff. de leg. j. diuina & l. imo. Manifeſtatur primo à ſimili. Conſuetudo in ciuilibus habet vim legis, cur non in vſibus eccleſiæ? quia conſuetudo eccleſiæ valet contra contentioſos.

Si

Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia Dei. Super quo ait Hieronymus, Apostolus cùm præcepisset mulierem orare velato capite, præuenit obiectionem, qua quispiam ei dixisset, vbi scriptum est? per hoc quòd allegat consuetudinem. 1. Cor. 11

Venient in nouissimis temporibus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes: hoc faciunt hæretici, qui non secundum statuta patrum viuunt, sed secundum propria desideria. 2. Pet. 3

Hæretici sunt Chamitæ deridentes nuditatem matris ecclesiæ, quia sine expresso textu scripturæ præcipiat.

Fratres quæcunq; sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: huiusmodi autem sunt constitutiones ecclesiæ, quare sunt seruandæ. Phil. 4

Perambulabat sanctus Paulus cum Sila Siriam & Ciliciam confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Act. 15

Cùm pertransirent Paulus, Silas, & Timotheus ciuitates, tradebãt eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis Act. 16.

& sen

& senioribus, qui erãt Hierosolymis. Pondera decreta, quod non erat solùm decretum de cessatione legalium.

Christus non solùm dedit potestatem plantandi Ecclesiam per prædicationem, sed etiam regendi, modò illa includit potestatem faciendi statuta pro salutari re-
Act. 20. gimine, sine quibus hic non viuitur, &c. Attendite igitur vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.

2. Thes. 3 Denuntiamus vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè: & non secundum traditionem quam acceperunt à vobis.

Policarpus ad Philip. Subiecti estote presbyteris & diaconis, sicut Deo & Christo. Hieronymus ad Lucinium: Traditiones ecclesiasticæ obseruandæ sunt, vt à maioribus traditæ sunt, vnaquæq; prouincia sensu suo abundet, & præcepta maiorum, leges apostolicas arbitretur.

August. Extant multi canones in decretis super illa re ex verbis Augustini, c. Ecclesiasticarum. c. in his. ç. catholica, cum similibus. distinct. vndecima.

Heb. 13 Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim reddituri sunt rationem pro anima.

animabus veſtris.

Omnia ſecundum ordinem fiant in vobis, ordo autem requirit legem. 1. Cor. 14

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Fruſtra me colunt docentes doctrinas & præcepta hominum. Mar. 7

2 Non addetis ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis ex eo. Deu. 4. 12

3 Empti eſtis pretio, nolite fieri ſerui hominum. Apoc. vl. 1. Cor. 7

4 Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Gal. 5.

5 Iuſto non eſt lex poſita. 1. Timo. 1.

6 Lex iram operatur. Roma. 4.

7 Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. 2. Cor. 3.

8 Qua libertate Chriſtus nos liberauit. Galat. 4.

RESPONDENT CATHOLICI.

Chriſtum non improbaſſe traditiones hominum ſimpliciter, ſed quas faciebant contrarias legi diuinæ, aut relinquebãt legem diuinam, quia vbi ſupra ſequitur. Relinquentes enim mãdata Dei, tenetis traditiones hominum, & dicebat illis: Bene irritum feciſtis præceptũ Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. Sicut ibi declarat, & apud Matthæum Explicat Paulus: Non intendentes mandatis hominum auerſantium veritatem. Deprimo. Mar. 7 Matt. 15 Ad Ti. 1

Hinc, væ æternæ dãnationis commina-

tur

tur Dominus condentibus huiuſmodi tra-
Eſaiæ 10 ditiones impias. Væ, inquit, per Prophetam, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium, populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos deciperent, &c. Conſtitutiones verò Eccleſiæ, augent cultum diuinum, concupiſcentiam carnis coërcent, & ad ſeruanda diuina præcepta expeditiorem faciunt, ac fraternam charitatem augent.

De ſecundo. Nihil addendum eſt ſcripturæ, quod corrumpat aut deprauet ipſam, aut quod dicatur eſſe de integritate ſacræ ſcripturæ, ſecus quando promouet ea quæ in ſacris literis ſunt mandata, vel conſulta, nam conſtitutiones eccleſiæ, & ſi non ſunt in ſcriptura in propria forma, tamen emanant ex ea: vt teſtatur Sapiens.

Prou. 30 Omnis ſermo Dei ignitus clipeus eſt ſperantibus in ſe.

Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarìſq; mendax: non prohibetur ergo ſimpliciter omnis additio, ſed ſolum additio falſa & mendax.

Apo. 11 Si quis (inquit) appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. His verò qui addunt vel appo-

nunt

sunt exponendo, declarando, aut interpretando scripturas, leges, aut constitutiones ad diuinum honorem, ecclesiæ decorem, & animarum salutem cõdendo (propter quod etiam Christus alios voluit esse doctores in ecclesia, alios apostolos, alios euangelistas, alios pastores. Et alij dantur genera linguarum, alij interpretatio sermonum) promittitur æternæ vitæ præmium, qui operantur (ait ipsa æterna sapientia) in me, non peccabunt: & qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Et alibi. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Ephes.4* *1.Cor.12* *Eccl.24* *Dan.12*

Acutius soluitur quòd ibi prohibentur Tikum zofrin, & illam solutionem credo veram, vide in Porcheto & Galatino.

Non debent fieri serui hominum, faciendo schismata, vt vnus sit Cephæ, alter Apollo. *De tert.*

Qui aguntur perfectè spiritu, non sunt sub lege Mosaica, aut coerciua, egent tamen lege directiua: sicut Adam habuit legem in paradiso. *De quarto.*

Iusto perfecta charitate, qui totus regitur spiritu diuino, nõ est lex posita, pro ea parte qua est iustus, sed quia raro cõcupiscit *De quinto.* *Gala.5*

scit aduersus spiritum, pro ea parte habet legem reformantem. Vel dic vt de quarto.

De sexto. Lex Mosaica iram operatur, si non adiuuamur à gratia, gratia autem & veritas per Iesum Christum.

De septimo. Libertas euangelica sicut non excludit potestatem & obedientiam superioris, ita

Roma. 13 nec eius statuta, sed libertas illa opponitur seruituti legis Mosaicæ, & seruituti peccati: Ideo est solùm libertas in spiritu, quia non seruit peccatis, & quia ipsa libertas promouet bonum, non excludit constitutiones & ecclesiæ præcepta, quæ similiter promouent bonum, vt testatur

Gala. 5 Paulus. Vos in libertatem vocati estis fratres, tantùm ne libertatem occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Et Petrus. Quasi liberi, &

1. Petr. 2 non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Item. Qui sci-

2. Petr. 2 licet hæretici, in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis. Hoc beati Petri verbum impletum videmus in priapistis Lutheranis, omnis spurcitiæ & immunditiæ seruis, hanc impiam & diabolicam seruitutem, libertatem euangelicam mentientes.

Porrò in sacris literis sæpè commenda-

tur li

tut libertas ab onerosa illa lege Mosaica. Paulus. Non estis sub lege, sed sub gratia. infra. Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Itaque fratres, mortificati estis legi per corpus Christi. Non iustificatur homo ex operibus legis, lex pædagogus noster fuit in Christo Iesu. Et quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Rom. 6. 7 Gala. 2

Ideo ablatæ sunt neomeniæ, sabbatha, baptismata, &c. Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa? quibus denuò seruire vultis, dies obseruatis & menses, & tempora, & annos. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum & medium parietem macteriæ, soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans. Nemo vos iudicet in vllo cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum, idem in Epist. ad Hebr. & Actu. 15. Gala. 4 Ephes. 2 Coloss. 2

Est igitur Christiana seu euangelica libertas non aliud quàm (vt Paulo placet) redemptio seu absolutio à seruitute legis & peccati per Iesum Christum facta, qua addicti Deo & iustitiæ, filiorum adoptionem Roma. 6. 7. & 8 Gal. 5

Ioan.8 ptionem recipimus. De hac libertate salvator dixit Iudæis, Si filius vos liberaverit, verè liberi eritis. Vide ibidē Augustinum.

DE FESTIS ET IEIVNIIS NON ESV CARNIVM, ET GRADIBVS CONSANGVINITATIS.

XIIII.

VNVM DIEM IN SEPTIMANA deo consecratum, est omnibus obuium.

Exod.23 NOLI ge Moysi adhuc infantiæ Deus alia festa. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis, Azymorum, Primitiuorum, & frugum. Et infra. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino Deo tuo, scilicet Paschæ, Pentecostes, & Scenopegiorum.

Ibidem

Habes hoc loco Iudæorum peregrinationem, & ex ea, & in ea fundatam peregrinationem Christi.

Mense septimo prima dies mensis erit Leui.23 vobis sabbathum memoriale clangentibus tubis,

tubis, & vocabitur sanctum, infra. Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, infra. A quinto decimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus: & quid in vnoquoque die offerendum.

In Calendis autem, id est, mensiũ exordiis, offeretis holocaustum Domino. *Nume.28*

Dedicauit Moyses tabernaculum domini. *Exod. 40*

Dedicatio templi primi sub Salomone. *Nume.7*

Dedicatio templi secundi sub Esdra. *3.Reg.8*

Dedicatio templi restituti, & altaris, sicut legitur. *1.Esd.6*

Et fecerunt dedicationem altaris, diebus octo. *1.Mach.4*

Expende Encænia à Machabæo instituta, camé à Christo obseruata. Colligamus festos dies Iudæorum præter sabbatha, septem dies azimorum Paschæ, vnum Penthecostes, vnum tubarum, vnum expiationis, (qui erat in capite anni) septem tabernaculorum seu Scenopegia, septem encæniorum seu luminum, aut dedicationis. Neomenias seu lunationes habebant dies duodecim, in Emboliſmali tredecim, colligi dies faciunt triginta quinque, vbi tantùm tria sabbatha intercurrunt.

Cùm autem maiora receperimus beneficia à Deo per Euangelium, quàm Iudæi sub lege, cur non plures etiam dies agendi gratias haberemus? vel hos maxime, qui fuerunt in veteri lege?

Vnde festo paschæ legalis, succedit in noua lege festum passionis & resurrectionis Christi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Festo penthecostes in quo data fuit lex vetus, succedit festum Penthecostes, in quo data fuit lex spiritus vitæ. Festo neomeniæ, festum gloriosæ virginis Mariæ, in qua primò apparuit illuminatio solis, id est, Christi, per copiam gratiæ. Festo tubarum succedant festa apostolorum, quorum prædicationis sonus exiuit in omnem orbem terrarũ. Festo expiationis succedũt festa martyrũ & confessorum.

1. Cor. 5

Festo tabernaculorum succedit festum consecrationis ecclesiæ. Festo cœtus atque collectæ succedit festum angelorum, vel etiam festum omnium sanctorum.

Sabbathum est multipliciter à Deo præceptum, nec in Euangelio, nec in Paulo definitum est cessasse sabbathum: attamen ecclesia instituit diem dominicum, per traditiones Apostolorum sine scriptura. Dominicæ diei meminit Ioannes dicens. Fui in spiritu in dominica die. Meminis & eiusdem

Gene. 2
Exo. 20
Num. 15
Apoc. 1

dem diei suus discipulus Ignatius ac Philippus in sinc. Hieronymus de dominica Paschæ, vniuersa sabbathi gratia, & antiqua illa festiuitas Iudæorum diei istius, solennitate mutata est. *Ignatius.* *Hiero.*

Mutatum est autem sabbathum, quod significat primam creationem in diem dominicum, in quo cõmemoratur noua creatura inchoata resurrectione Christi, vnde Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Dies dominicus non Iudæis, sed Christianis, resurrectione Domini declaratus est, & ex illa cœpit habere festiuitatem suam.

Augustinus contra Faustum libro decimonono. Quum quæris sabbathi ocium, cur nõ obseruat Christianus? Respondeo, Imò id propterea non obseruat Christianus, quia quod figura profitebatur iam Christus impleuit, iam plura de his Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Gregorius ad Romanos.

Festum sancti Laurentij celebrabant Hippone, August. tracta. 87. super Ioannem: & Romæ sub Leo. papa. vt in homil. illius diei.

DE CIBORVM DELECTV, *secunda propositio.*

Propositio secunda.

Ecclesia licitè prohibet certos cibos,

certo tempore.

Act.15 Abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato.

Rom.14 Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus: noli propter escam destruere opus dei, omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut infirmatur, aut scandalizatur.

1.Cor.5 Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

Dan.10 Caro & vinum non introierunt in os meum.

De cons. dist.3. cap. de esu carnium. Leo papa quartus dicit. Vetustissimam esse consuetudinem abstinendi à carnibus, quarta & sexta feriis. Et ex Hieronymo colligitur super epistolam ad Gala. & Ignatius testatur sancti Ioannis euangelistæ discipulus.

Philip.

DE IEIVNIORVM RATIONE, tertia propositio.

De ieiunio idem liquet rem esse sanctam propter corporis macerationem, spiritus pertinacis expulsionem, diuinæ gratiæ implorationem, & Christi ieiunantis imitationem.

Genua

Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. *Psal.108*

Nunquid possunt filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Illud opere impleuerunt Apostoli. Ministrantibus illis domino & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi. &c. *Matt.9* *Luce 5* *Act.13*

Cùm constituissent illi super singulas ecclesias presbyteros, & orassent cũ ieiunationibus, commendauerũt eos domino. *Act.14*

In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis.

NINIVITAE INDVXERVNT *ieiunium.*

Tu cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui est in abscondito, reddet tibi. Ecce ieiunium meritorium. *Ioan.5* *Matt.6*

IDEM DE QVADRAGESIMA.

Cùm ieiunasset Iesus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esuriit. *Matt.4*

Moses ieiunauit. 40. diebus, & 40. noctibus. *Deu.9*

Similiter Helias totidem diebus ieiunauit. *3.Reg.16*

Ioel. 1 Sanctificate ieiunium. Humiliabam in
Psal. 34 ieiunio animam meam.
Num. 30 Si vouerit mulier vt per ieiunium affligat animam suam, in arbitrio viri erit si faciat, siue non faciat. Si audiens vir tacuerit, & in alterum diem distulerit sententiam quicquid vouerat, atq; promiserat reddat.
3. Reg. 21 Sacra scriptura vbique testatur ieiu-
Tob. 12 nium fore deo acceptum, in Achab, To-
Luc. 2 bia, Iudith, Hester. Daniele, Niniuitis, Anna vidua.

Ignatius ad Philipp. Quadragesimam verò nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet conuersationis Dei.

Confirmauit Theleſphorus Papa vicinus temporibus Apostolorum. Item Ambrosius, in multis sermonibus. Concilia item Agathense & Aurelianen. Origenes homilia decima, super Leui. Habemus dies quadragesimæ ieiuniis consecratos. Hierony. aduersus Montanum. Nos quadragesimam secundùm traditionem Apostolorum, ieiunamus.

Hieron. Iouinianus, qui ieiuniorum afflictionem & omnem corporis cruciatum in luxuriam & epulas conuertit.

Hierene. Valentiniani hæretici omni tempore carnes liberè comedendas dixerunt, Hierene. lib. 1. cap. 1.

Chry

Chrysostō. meminit de ieiuniis monachorum, & quomodo dicant gratias. *Hom. 6. super*

Origenes. Habemus quadragesimæ dies ieiuniis consecratos, habemus quartum & sextum septimanæ dies, quibus solenniter celebramus. Est certè libertas Christiana per omne tempus ieiunandi, non obseruatione superstitiosa, sed virtute. *Matth. Hom. 10. super Leuit.*

Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi arctioribus continentiæ fulta subsidiis? Quomodo sapientiæ & scientiæ student? Nonne per continentiam ventris & gutturis? Quomodo quis seipsum castrat propter regnum cælorum, nisi ciborum affluentiam resecet? nisi abstinentia vtaris ministra? Hæc ergo Christianis ieiunandi ratio est. Hæc ille. *Mat. 19.*

Maximus episcopus. Sacrarum literarū exemplā protulimus, quibus approbamus hunc quadragenarium numerum, non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione initiatum, sed cælesti maiestate præceptū. Et paulò post. Hæc autem nō tam sacerdotum præcepta quàm Dei sunt. Atque ideo qui ea spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum, qui in suo loquitur sacerdote. *1. Thes. 4. Dist. 33.*

Ambrosius serm. de ieiunio, vt sciamus inquit, non esse nouellum ieiunium, pri- *Sex. die*

mam

mam illic (scilicet in paradiso) legem constituit (scilicet primis parentibus) de ieiunio, &c. Gregor. Augustinus, & omnes quotquot fuere doctores catholici ita senserũt & docuerũt de ieiuniis obseruãdis.

QVARTA PROPOSITIO DE *gradibus consanguinitatis.*

Mar. 6. Gradus consanguinitatis impedium matrimonium. Ioannes Baptista increpauit Herodem dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

1. Cor. 5. Paulus tradidit Sathanæ Corinthium fornicantem cum sua nouerca.

Leui. 18. In veteri lege gradus consanguinitatis & affinitatis sunt à Deo prohibiti. Omnis homo ad proximam sanguinis non accedet, vt reuelet turpitudinem suam. Grego. episcopus Galliæ. progeniem suam vnum quenq; vsque ad septimam obseruare decernimus generationem, & quandiu se agnoscunt affinitate propinquos; ad coniugalem accedere copulã negamus; quod si fecerint, separentur. Concilium tamen

De cõsan. & affi. c. Nõ debet. generale reduxit ad quartum gradum.

Epi. 66. Ambrosius libro 8. epistolarum docet, non omnes gradus illicitos à lege fuisse expressos. Ante tempora beati Gregorij dis-

8. q. 3. c. ne dãlex. pensabant etiam in secundo gradu, scribit enim Augustino Angelorũ episcopo. Quę

dam

dam lex Romana permittit, vt siue fratris vel sororis, seu duorum fratrum germanorum, filius & filia misceantur, sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non succrescere.

OBIICIVNT HAERETICI *contra secundam propositionem.*

1 Non quod intrat in os, coinquinat hominem. *Matt. 15.*

2 Omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et ibi vocat doctrinam dæmoniorum & mendacem, abstinere à cibis, quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. *1. Ti. 4.*

3 Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. *Ad Ti. 1*

4 Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbathorũ, quæ sunt vmbra futurorũ. *Colo. 2.*

5 Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, non dixit, ieiuniis.

6 Christus in Euangelio non præcepit discretionem ciborum, quid ergo imponitis hoc onus fidelibus? *Rom. 9.*

7 Libertas Christiana non patitur hæc onera seruitutis. *Act. 15.*

RESPONDENT CATHOLICI.

D. pri. Nihil hic dicere Christum de ciuinis, sed tollere errorem iudæorum, qui credebant cibos non lotis manibus tactos fieri
Marc. 7. immundos, & comedentem hunc cibum fieri immundum, vt liquet ex Matthæo, & Marco: hanc stultitiam reiicit Christus, cibos illotis manibus tactos non inquinare comedentes. Alioquin comedens suffocatum tempore apostolorum, aut venenum scienter, non fuisset coinquinatus. Hunc locum torquebant & Manichæi contra delectum ciborum, Augustin. libro 32. contra Faustum.

Aduerte igitur, quòd cibus intrans in os, quia in ventrem vadit, & in secessum emittitur, non coinquinat hominem, sed homo ipse contra Dei & ecclesiæ prohibitionem, aut etiam ecclesiæ cõsuetudinem contra proprium votum aut cum scandalo proximi sui sumens cibum, seipsum coinquinat. Hoc enim procedit ex malo corde, id est, ex contemptu dei & ecclesiæ in
Li. 14. de ciuit. Dei. c. 12. suis preceptis.

Vnde August. Non ideo debet quis existimare leue ac paruum fuisse illud peccatum commissum in paradiso, quia in esca factum est, non quidem mala ac nexia, nisi quia prohibita &c. Ita vinum atque bonũ

in se Rechabitas coinquinasset, si illud cõtra patris prohibitionẽ bibissent, sed quia abstinuerunt, placuerunt domino, sequitur enim. Hæc dixit dominus exercituum de Israël. Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

Et de Ioãne baptista prædixit Gabriel, angelus, & vinum & siceram non bibet. Item esca eius erant locustæ, & mel syluestre. *Luce.1. Math.3. Mar.1. Luce.3.*

Eleazarus & Machabæi potius mori elegerunt, quàm suillis, contra diuinæ legis prohibitionem vesci carnibus Sed inobedientes Lutherani vaniloqui & seductores, vniuersas domos subuertentes: docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia, vt Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri, nulla seruant ecclesiæ ieiunia, sedentes super ollas carnium in Ægypto, nauseantes manna cæleste, grauantes corda sua crapula, & ebrietate, mentem habentes & conscientiam inquinatas. Gloriantur se Euangelicos, factis autem negant, cùm sint abominabiles, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. *1. Mach.7 Titum.3. Nu.11. Titum.3.*

Non voluit apostolus Iudaica obseruã- *De secun.*

tia

tia aliquos cibos esse perpetuò prohibi-
Act.15. tos, vt carnem suillam (demptis decretis in concilio apostolorum) ac ecclesia credit omnem creaturam dei bonam, licet pro tempore ad mortificandum veterem hominem præcipiat, ab aliquibus abstinere.

Porrò hic non tractat apostolus de Ieiunio, vel macerationè carnis, sed quia Tatiani, & alij hæretici dicebant, certas esse re-
1.Tim.4. creatas à principio malo. Paulus hæc destruit, quia omnis creatura dei sit bona, & cum gratiarum actione sumenda, quod facit catholicus, licet non pro omni tempore, nec Paulus hoc præcipit pro omni tempore.

De tert. In lege aliqua animalia erant immunda per significationem, Iudæi crediderunt per naturam, destruit errorẽ Paulus, quia fidelibus omnia sint munda, & pro tempore comedenda, at quòd non liceat abstinere pro tempore, hoc non prohibet apostolus. Vnde san. Iacobus minor, nũquam est vsus carnibus vel vino, authore Egesippo. Similiter dicatur, nam voluit fideles
De 4. ritu Iudaico iudicari in cibo & potu, & festis.

De 5. Spiritu facta carnis mortificantur, & spiritus iuuatur, si caro ieiuniis crucifigatur, sicut dicit Paulus. Qui Christi sunt,

carn

carnem suam crucifixerũt. Et iterum. Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo. Etiam si Christus non docuit aliquando abstinendum à carnibus, hoc non refert: quia ipse docuit magis necessaria ad salutem. Sed quæ expediunt & promouent salutem, reliquit magisterio spiritus sancti & ecclesiæ, & illa non omnia per se explicuit. Galat. 5. 1. Cor. 9. De 6.

Dic vt in puncto superiori & constitutionibus humanis argumento vltimo. De 7.

DE VENERATIONE SANCTORVM

CAP. XV.

SANCTI Vt amici dei sunt implorandi, vt pro nobis intercedant, & licet sancti non sint adorandi latria, quia soli Deo debetur, tamen venerãdi sunt dulia. Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ pater meus qui in cælis est. Si ergo Deus honorificat sanctos cur nos non honoremus sanctos? Quandiu fecistis vni de his fratrib. meis minimis mihi Sãctos honorandi. Matt. 25.

mihi feciſtis. Itaque honor exhibitus ſanctis, exhibetur Deo.

Pſal.138. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.

Hier.15. Si ſteterint Moyſes & Samuël coram me non eſt anima mea ad populum iſtum. Quod exponens Greg. dicit, quaſi diceret nec illos modo pro amicis audio, quos magnæ virtutis merito, orare etiam pro
Gregor. inimicis ſcio. Vbi manifeſtè innuit Hieremias ſanctos orare pro populo.

Voca ergo ſi quis eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere, qui
Iob.5. quidem verba quãuis Elephas Themanites ad Iob dixerit, non tamen ea Iob reprehendit, ſed vt ſanum conſilium amici acce-
Iob.33. ptauit. Ita & Helius dixit, Si fuerit angelus pro eo loquens vnum de ſimilibus, vt
Helius. annunciet hominis equitatẽ, miſerebitur eius, ſcilicet Deus, & dicet: Libera eum ne non deſcendat in corruptionem, inueni quo ei propicier.

Iob.42. Ite ad ſeruum meum Iob, & offeret holocauſtum pro vobis, faciem eius ſuſcipiam, vt non imputetur vobis ſtultitia. Et infra, Dominus quoque cõuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis ſuis.

Gen.48. Dixit Iacob, & inuocetur nomen meum ſuper

super eos, & nomina patrum meorum Abraham, & Isaac, & Iacob.

Moyses dixit ad eum. Quiescat ira tua, & esto placabilis super malitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac & Israël: quibus iurasti per temetipsum dicens. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas cæli &c. Et sequitur. Placatus est dominus super iniquitate populi sui. Exo. 32.

Domine omnipotens Deus Israël, audi nunc orationē mortuorum Israël, & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te &c. Baruc. 3.

Vidit Iudas Machabeus Oniam manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum, post hoc vidit alium virum ætate & gloria mirabilem, de quo dixit Onias, hic est fratrum amator & populi Israël, hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei. 2. Mach. 15.

Si patres vestri in limbo nondum clara diuinę faciei visione beati, pro suis orabāt, quanto magis sancti in æterna beatitudine Deum facie ad faciem perpetuò contemplantes, credendi sunt orare pro nobis.

Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Itaq; honor exhibitus sanctis, exhibetur Deo. Matt. 25.

Pro hoc orabit ad te omnis sanctus in tē pore Psal. 31

pore oportuno. Hebræi legunt omnis misericors, beati autem sunt sancti & misericordes.

2. Reg. 14. Absalon reconciliatus patri per biennii tamen moratus in Hierusalem nō vidit faciem patris sui, sic peccator reconciliatus deo non statim se præsentat deo, sed per mediatores & intercessores.

3. Reg. 2. Salomon thronum matri suę iuxta thronum suum collocari præcepit. Verus pacificus Salomon Christus honórans matrem suam, idem facit.

Psal. 33. Angeli orant pro nobis, immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant vias tuas.

Zach. 1. Orat angelus pro populo Iudaico, domine exercituum vsquequo tu non miseréberis Hierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Et respondit dominus angelo bona verba consolatoria.

Apo. 6. Quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.

Apo. 8. Angelus stetit ante altare habens thuribulum aureum: & data sunt illi incēsa multa,

ta, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei: & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram Deo.

Omnes sunt administratorij spiritus, qui in ministerium mittuntur propter eos qui hæredes erũt salutis. Angeli ergo suffragantur nobis: cur igitur eorum suffragia & ministeria non licet implorare? *Hebr.1* *Act.12*

Et eadem quæ de angelis est ratio est & de sanctis, qui in regno cælorum ipsis: sunt æquales. *Matt.18* *Mar.1*

Nec superauit illum (Hæliseum) vllum verbum, & mortuum prophetauit corpus eius, in vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. *Eccle.48*

SECVNDO PROBATVR *rationibus.*

Christus intercedit pro nobis secũdùm humanitatem ad Deum patrem. Quia & Christus Iesus interpellat pro nobis. *Prima ratio.* *Rom.8*

Iesus sempiternum habet sacerdotium, vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens, ad interpellandum pro nobis. *Heb.17*

Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum, iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis *1.Ioan.2*

nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam totius mundi.

Secunda ratio. Si ergo caput Christus orat pro nobis, cur non etiam membra eius sancti cum eo rogantes, qui se conformant Christo.

Viui orãt pro inuicẽ, & impetrant sæpe.

Iac. 5 Orate pro inuicem vt saluemini, & adducit orationem Heliæ. 1. Reg. 17.

Moyses orauit. Exod. 17. & 31. Mulier Chananæa pro filia sua Matth. 15. Centurio pro seruo suo. Lucæ 7. Paulus pro comnauigantibus. Act. 27.

Dilemma Lutheranis insolubile. Si ergo viui orãt pro inuicem, cur etiam beati mortui hoc non facerent, qui sunt in charitate perfectiores, & apud Deum potentiores, & mente puriores? Aut ergo sancti non orant pro nobis, sicut viui, quia est res eis indigna, itaque non conuenit Christo, aut quia est res tantæ excellentiæ, quod soli Christo & non aliis conueniet, ergo non conueniet viatoribus.

Ezec. 22 Imò vult Deus per sanctos inuocari. Quæsiui (inquit) de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.

Rom. 15 Obsecro vos fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris

stris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa.

TERTIO PROBATVR AVTHORITATE *sanctorum.*

Cyprianus ad Corn. Papam lib. 1. Epistola prima, petit vt si quis eorum prior decesserit, pro fratribus & sororibus nostris non cesset oratio.

Bernardus super Cantica, Homilia 66. de Hæreticis suis temporis. Irrident nos quòd in fonte baptizamus, & sanctorum suffragia imploramus, atque Christum in vtroque sexu tam in mortuis, quàm viuis proscribere volunt, nam & mortuos viuentium fraudant suffragiis, & viuentes nihilominus sanctorum qui decesserunt auxiliis spoliant.

Vigilantius dixit, quòd dum viuimus, mutuò pro nobis orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, refert Hieronymus & improbat. Sic enim pugnat Hieronymus contra Vigilantium. Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse soliciti, quantò magis post victorias, coronas & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis milibus armatorum impetrat à Domino veniam, & *Hieron.* *Exo. 23*

Stephanus imitator domini sui, & primus
Act. 7 martyr in Christo persecutoribus veniam
deprecatur. Et postquam cum Christo
Act. 27 esse cœperint, minus valebunt? Paulus
Apostolus ducentas septuaginta sex sibi
dicit in naui animas condonatas. Et post-
quam resolutus esse cœperit cum Chri-
sto, tunc ora clausurus est, & pro his qui
in toto orbe ad suum Euangelium credi-
diderunt mutire non poterit? Meliórque
Eccle. 9 vigilantius carnis viuens, quàm ille Leo
mortuus? Rectè hoc de Ecclesiaste pro-
poneres, si Paulum in spiritu mortuum
confiterer. Hæc Hieronymus.

Augustinus super Ioannem Tracta. 84.
Beati martyres quorum memorias non
inaniter celebramus. i. Ideo quippe ad
ipsam mensam, id est, altare, non sic eos
commemoramus, quemadmodum alios
qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis
oremus, sed magis vt orent ipsi pro nobis,
vt eorum vestigiis adhæreamus.

Augustinus in die Petri & Pauli, Quis-
quis honorat martyrem, honorat Chri-
stum, & qui spernit martyres, spernit Chri
stum. Leo Papa de S. Laurentio, cuius
oratu & patrocinio adiuuari nos sine ces-
satione confidimus.

Dyonys. Dionysius ca. 7. ecclesiasticæ hierarchiæ.

Si

Si quis ſpernat ſacroſanctam diſciplinam, atque infœlici elatione ſeductus, dignum ſe arbitretur diuina familiaritate, ſanctóſque deſpiciat, &c. hic ſi intento careat deſiderio, imperita poſtulatione per ſe nunquam potietur.

PROBATVR QVARTO, Eccleſiæ conſuetudine.

Atteſtatur vſus totius Eccleſiæ, & patres ſancti per omnia Chriſtianorum ſecula tot miracula euidentiſſima, & feſtiuitates ab Eccleſia de ſanctis inſtitutæ. Sanctus Sauinianus erexit Eccleſiam, ſancto Petro Viuo, condidit & alias duas in honore ſancti Stephani, & ſancti Ioannis Baptiſtæ in Gallia.

OBIICIVNT HAERETICI.

Solus inuocandus eſt Chriſtus & Deus, quia ſolus ſufficit, ſolus eſt liberaliſſimus & miſericordiſſimus, plus nos amãs, quàm ſancti omnes.

1 Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Ioan. 16*

2 Petite & accipietis, quærite & inuenietis. *Luc. 11*

3 Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. *Mat. 21*

4 Adeamus cum fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiã inueniamus in auxilio oportuno. *Hebr. 4*

5 Igitur accedere debemus ipsum pa-
2. Cor. 4 trem misericordiarum, & Deum totius consolationis, ac fontem gratiarum, potius quàm sanctos.
1. Tim. 2 6 Vnus est mediator Dei & hominum Christus Iesus, cur ergo nos volumus facere plures mediatores sanctos?

7 Porrò quòd de Baruch, & Machabæis fuit adductum, dicunt illos libros non esse canonicos. Hieronymus in Prologo super Prouerbia.

8 Ad Hieremiam respondet Zuinglius hæreticus. Si Moyses & Samuel adhuc in humanis essent, ac pro populo isto intercederent, vinceret indignatio gratiam.

DILVVNTVR ISTA PER *Catholicos.*

Hæreticos hîc sophismatibus deceptos ex eo liquet, quòd aliqua per eos inducta, æquè tollunt intercessionem Christi & omnia tollũt, æquè preces viuorum ficut mortuorum, quorum tamen intercessionem negare non audent, quàm eumuis impij & blasphemi.

De primo Fatemur petendum, petendum in nomine Iesu, petendum cum fiducia, at illa non excludũt sanctos, quia & per sanctos velut mẽbra petimus in nomine Iesu eorum

rum capitis: vnde Ecclesia concludit collectas de sanctis per Christum Dominum nostrum.

Et licet Deus sit optimus, misericordissimus, tam etiã est ordinatissimus, disponit omnia suauiter, & inferiora per media ducit ad superiora, Ait Dionysius. Et sic patet solutio ad 1. 2. 3. 4.

Omnino placet, accedamus fontem gratiæ & patrem misericordiarum, at commodius faciemus illud per sanctos, quia Deus noster ignis consumens est: meritò timemus, ne pereamus à facie eius, sicut fluit cera à facie ignis, ob hoc mediatores quærimus & intercessores. *De 5.* *Deut. 4* *Heb. 12*

Vnus est mediator redemptionis Iesus Christus, quia ille solus redemit genus humanum, non est aliud nomen sub cælo in quo oporteat nos saluari, sed plures sunt mediatores intercessionis. Est igitur vnus mediator per redemptionem, sicut & vnus saluator. Is enim solus pastor bonus est, qui dedit animam suam redemptionem pro multis. Sunt autem plures mediatores per intercessionem, sicut & plures tales scriptura commemorat saluatores. Moyses ait: sequester & medius fui inter Deum & vos. Item suscitauit eis saluatorem Othonielem. Et iterum: *De 6.* *Deut. 8* *Iudic. 3* *Neem. 9*

Et

Et dedisti eis saluatores, qui saluauerunt
Gen. 41 eos. Pharao Rex Aegypti vocauit Ioseph saluatorem mundi.

De 7. Omnes canones Ecclesiæ de canonicis scripturis enumerant Machabæos, quare ostendant hæretici vbi iudicatum sit libros canonicos esse, & inuenient istos, licet in synagoga nõ fuerint canonici, vt testis est
Aug. lib. 8. de Ciui. Dei. c. 36. Augustinus. Et cùm canon de libris sit æditus in concilio Mileuitano, fortè nondum peruenit ad Hieronymum.

De 8. Hoc est hæreticorum proprium quærere scripturam: nam cùm ipsi semper exigant claras scripturas, & nullas admittant glossas, cur iam allata clara scriptura extrariam adfert glossam: Deus dicit si starent, non dicit, si viuerent & starent, potissimum cùm illa glossa non sit fundata in scripturis, in concilis, in sanctis patribus, sed somnia ex indocto & insano cerebro Zuinglij hæretici.

Augustinus lib. 20. ca. 21. Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate celebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum cõsocietur, & orationibus adiuuetur, ita tamẽ vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memorias martyrum, constituamus altaria. Vide sequẽtia, quia Faustus hæreticus

ticus etiam impugnauit memorias martyrum.

Explicitè non est præcepta sanctorum inuocatio in sacris literis: Non in veteri testamẽto: vbi populus alioquin erat propensus in idololatriam, & patres erant in lymbo nõdum beati. Isa. 63. Abraham nesciuit nos, Israël ignorauit nos: Sub Euangelio etiam non fuit præceptum, ne Gentiles conuersi crederẽt se iterum induci ad cultum terrigenarum, vt pro veteri more sanctos non vt patronos, sed vt Deos adorassent: sicut Lycaoniæ Paulo & Barnabæ sacrificare volebant. Porrò si Apostoli & Euangelistæ docuissent sanctos venerandos, arrogantiæ datum eis fuisset, ac si ipsi post mortem gloriam illam quæsiuissent: Noluit ergo. ſſ. expressis scripturis docere venerationem sanctorum, sed eiusmodi firmatos in fide docuit per miracula & sanctorum auxilia, fusis ad eos precibus, illos venerandos: Quamuis dispari cultu à Deo, qui latria colendus est: sicut Maria hyperdulia, & sancti dulia, quæ extensè etiam adoratio dicitur.

DE IMAGINIBVS CRVCIFIXI ET SANCTORVM.

XVI.

LICET gens Iudæa esset propensior in idololatriam, tamen imagines aliquas Deus eis præcepit.

Exo.25 Duos quoq; Cherubin aureos, & productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherubinus sit in latere vno, & alter in altero.

Num.12 Locutus est dominus ad Moysen, fac serpentem æneum, & pone eum pro signo.

Leuit.26 Non facietis vobis idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Et

Ios. vlt. tamen Iosue moriturus, posuit lapidem prægrandem subter quercum, quæ erat in

1. Reg.17 sanctuario Domini: Similiter Samuel, sic permissum est altare filiis Ruben, & Gad.

1. Reg.17 Eusebius, Seth iustus, primus imagines

Iosue 2 Dei fecit. Hieronymus de Hebraicis q. & Comestor super Genesim, enarrat Iudæos, & causam cur fecit imagines.

Damascenus lib. 4. cap.17. Damascenus lib. 4. affirmat nos habere vsum imaginum ex traditione apostolorũ. Eusebius lib. 2. ecclesiasticæ historiæ, &

Damasce

Damaſcenus referunt Chriſtum miſiſſe imaginem faciei ſuæ Abagaro Edeſſenorum Regi, aſſeruatur Genuæ in eccleſia ſancti Bartholomæi.

Faciem ſuam Dominus linteo impreſſam dedit Veronicæ, cujus imagine ſanatus Tyberius Cæſar, qui ob id decreuit Chriſto honores diuinos. Verùm quòd inſcio Senatu id fecerat, Senatus prohibuit, vt author eſt Suetonius.

Sanctus Lucas virginem Mariam depinxit, vt celebris fama eſt per Eccleſiam.

Approbatus fuit imaginum vſus in concilio Nicæno ſecundo. Ex quo hi verſiculi in Latinum tranſlati.

Hoc Deus eſt quod imago docet, ſed non Deus ipſa.

Hanc recolas, ſed mente colas, quod cernis in illa.

In Conſtantinopolitano ſub Hirenæo, in tribus cõciliis Lateranenſibus ſub Gregorio 2. & 3. & Stephano, & in concilio Frankfordenſi ad Menum hæreſis Feliciana fuit damnata, quam ſpurij eccleſiæ ſuſcitare nituntur.

Græci appellarunt hæreticos illos Iconoclaſtas, id eſt, fractores imaginum.

Græci Imperatores, centũ annis tyrannicè impugnarunt vſum imaginum. & fuit

potior causa transferendi imperium in Germanos.

Beda inquit, imagines fieri in ecclesia Dei, nulla diuina litera vetuit.

Athanasius scribit miraculũ quod contingit cum Imagine crucifixi in Beritho, fuerat hæc crux sancti Nicodemi.

Illatio. Constat ergo Apostolorum tempore fuisse imagines in ecclesia.

Eusebius libro 7. scribit de imaginibus Petri & Pauli Apostolorum, meminit imaginis Christi, facientis miracula, narrat etiam in tripartita historia, libro 6. Cassiodorus.

Carolus magnus quatuor libros scripsit contra volentes tollere imagines, vnde Thuricenses fundatorem eorum & patronum Carolum potius sequi debent cum ecclesia catholica, quàm hæreticum Zuinglium.

De cõsecr. dist. 3. cap. Perlatum & c. venerabiles. Vtilitas imaginum est quòd instruunt simplices, admonent scientes, afficiunt omnes. Decet enim Deum visibilem factum in humano habitu, visibili imagine præsentari. Et Luther vel in hac parte sapit, quòd Carolostadium imagines destruentem & delentem ex Saxonia curauit proscribi, & pro viribus hæresi Felicianæ restitit.

Luther contra Carlstadium scribens Imagines rememorativas aut testimoniales sunt sunt imagines ceu tui ipsius picturam esse tolerandas, etiam

in lege. Et non ſolum tolerandas, ſed quãdiu memoria & teſtimonium in eis durat, tunc laudabiles & honorabiles, ſicut ſtatuæ Ioſuæ, & Samuelis. Vide librum noſtrum de imaginibus.

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Simile dicit Exod. in fine. Deut. 4. & 5. & 27. & multis aliis ſcripturis veteris teſtamenti. *Exod. 20*

2 Ezechias confregit ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes. *4. Reg. 18*

3 Chriſtus promiſit venire, & nunc tempus eſſe, quòd veri adoratores adorarent Deum in ſpiritu & veritate, ſpiritus autem non afficitur imaginibus. *Ioan. 4*

4 Porrò ſubeſt periculum idololatriæ ſub imaginibus, & immundorum cogitatuum.

5 Balthaſar Hiebmair, qui ſe fridberger iam nominat, nouitius hæreticus, hoc cornutum facit argumentum. Aut præceptæ ſunt imagines, & tunc oſtendatur ſcriptura, Aut non ſunt præceptæ, & tunc nihil valent. Poſtea factus eſt pater parabaptiſtarum. *Viennæ combuſt. 1528.*

RESPONDENT CATHOLICI.

De pri. Deum præcedentibus & sequẽtibus explicare mentem suam, nam sicut prohibuit venerari Deos alienos, ita prohibuit imagines illorum, at quia nos sanctos non habemus pro diis, non prohibemur illorum facere imagines, Nam ante verba citata inquit, Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, &c. sequitur. Non adorabis ea, neque coles. Ecce in illum finem non debent fieri. Et ita Luthermet intelligit.

Quod si Leo Iud Thuricem. Iudaico more literæ affigitur, quòd absolutè facere imagines sit prohibitum, consectarium
2. Par. 9 esset Salomonem peccasse, quando fecit
3. Reg 7 duodecim leũculos in solio, peccasset sculpendo boues in mari fusili, & leones: & boues, & cherubin in basibus æreis, quis est tam hebes vt credat nullum fuisse pictorem, nullum sculptorem in Iudæa, quis tunc sculpsit cherubin? Et in moneta ait Christus cuius est hæc imago?
3. Reg. 6 Augustin. libro 20. contra Faustum cap.
Mat. 22 21. Et si vsus quarundam rerum, similis nobis esse videatur cum gentibus, longè tamen aliter vtitur his rebus, qui ad
Mar. 12 aliud finem vsum earum refert, sic dicito de imaginibus gentium & Christianorum

Quòd

Quòd Ezechias destruxit serpentem, fuit causa huius abusus populi idololatrantis: nam in loco eodem sequitur. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israël adolebant ei incensum. Vnde si constaret de abusu alicuius imaginis, illa deberet aboleri, abstulit ergo serpentem, non quia imaginem, sed quia Iudæi adorabant. De secun.

Adorandum Deum dicimus potissimum in spiritu & veritate, quod vt faciamus, imagines nos admonent, & ad memoriam reducunt. Nam spiritum non excludere signa sensibilia, iudicium nobis præstant sacramenta quæ sunt in sensibilibus signis institutta. De tert.

Nullum periculum subest idololatriæ, quia facilimè possunt instrui simplices ad rectificandam eorum intentionem, puta quòd venerationem referant non ad imaginem ipsam, sed vt Basilius docet, ad prototypum, ne detur occasio aut periculum immundorum cogitatuum, lasciuia pictoribus inhibenda est. De quarto. Basil.

Liquet ex puncto primo & secundo ac quarto quàm verè cornutum in hoc argumentum muscæ illius Aegyptiacę. Non est hoc præceptum in scripturis, ideo non obseruandum. Quinimo hoc corvu eum De quinto.

impetamus, aliquid esse in scripturis præceptum, & tamen non obseruandum, vt de sabbathi sanctificatione, de non comedendo sanguinem suffocatum, & cætera. Sufficiat catholico quòd ecclesia constituit imagines sanctorum, velut vtiles & expedientes, poni debere in ecclesia, & corona peccatorum confringantur. Dicam ei dominicam diem celebrare, aut est præceptum, & ostendatur scriptura, aut non est præceptum, itaque nihil valet, quod nec hæreticus dicet.

DE MISSAE SACRIFICIO.

XVII.

Dionys. QVOMODO à columnis ecclesiæ instituta sit missæ actio ceremoniosa (vt ita loquar) ex sancto Dionysio apostolorum discipulo liquet. At quia hæretici noui inauditam in ecclesia Dei inuenerunt hæresim, missam non esse sacrificium, Contrarium ex scripturis probatur.

Leu. 4. 16. 9. 14 Semper fuit sacerdotum officium offerri pro peccatis populi, & ignorantiis, pro delictis, pro mundatione.

Non

Non est mihi voluntas in vobis, nec mu- *Malach.*
nus accipiam de manu vestra: A solis enim
ortu vsque ad occasum, magnum est nō-
men meum in gentibus, & in omni loco
sacrificatur & offertur nomini meo obla-
tio munda. Prædixit propheta hic cessa-
tionem sacrificiorum legalium, & institu-
tionem sacrificij nouæ legis. Non pote-
ris illud dicere solum fuisse in cruce, quia
dicit sacrificari in omni loco, & loquitur
tantùm de vna oblatione, & non est aliud
sacrificium nisi corpus Christi toties in
missa repetitum.

Quando dicit de aduentu messiæ, sub- *Malac.3*
dit. Et purgabit filios Leui: & colabit eos
quasi aurum & quasi argentum, & erunt
domino offerentes sacrificia in iustitia, &
placebit domino sacrificium Iuda & Hie-
rusalem, sicut dies seculi & antiqui. Ecce
saluator purificauit sacerdotes Euangeli-
cos vt offerant sacrificia, non in sanguine,
sed in iustitia, dicit glosa ordinaria, id est,
eucharistiam.

Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis *Dan. 12*
probabuntur multi, & impiè agent im-
pij, neque intelligent omnes impij, por-
rò docti intelligent. & à tempore cum
ablatum fuerit iuge sacrificium, & posi-
ta fuerit abominatio in desolationem, dies

mille ducenti nonaginta. Illud esse implen-
Matt. 24 dum testatur Christus, iuge sacrificium in aduentu abominationis, id est Antichristi, cessabit vniuersaliter fermè per quatuor annos, cùm desolatæ erunt ecclesiæ. Itaque qui in particularibus ecclesiis faciunt cessare iuge sacrificium missæ, sunt
Illatio. præcursores Antichristi.

Hebr. 2 Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro seipso, offerre pro peccatis. Hic Apostolus definit præcipuum officium vnum pontificum, scilicet offerre pro peccatis. Et cum hæretici negant vnum posse offerre pro alio, Paulus docet eum offerre pro peccatis populi & suis.

Ab apostolis frequentatam missam o-
Ignatius. stendit quod Ignatius Apostolorum discipulus, qui vidit Christum, ad Smyrnenses inquit, propterea non licet sine episcopo neque sacrificium immolare, neque missas celebrare, & quia nullum est sacrificium reale noui testamenti (quia cor contritum

semper

sempet est sacrificium) nisi corpus Christi, & tamen in veteri testamento plura fuerunt sacrificia, omnia Christi sacrificium repræsentantia.

Hireneus Lugdunensis libro quarto, ca. 31. Eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens, Hoc est corpus meū. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura secundùm nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam ecclesia ab apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, vir sanctus & temporibus apostolorum vicinus, non potuit clarius loqui. Cyprianus martyr Cecilio fratri scribit. Admonitos autem nos scias, vt in calice offerendo dominica traditio seruetur, neque aliud fiat à nobis, quā quod prior pro nobis dominus prior fecit, vt calix qui in cōmemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Hæc verba repetit beatus Augustinus libro quarto, de doctrina Christiana. Et ita missam dicit sacrificiū Chrysostomus super Matthæum, super epist. ad Timothæum, super epistolam ad Hebræos. Similiter beatus Ambrosius, Augustinus sæpissimè, Gregorius, & alij. Vide libros nostros de sacrificio missæ.

Hireneus.

Cyprianum.

Augustin. Chrysost. De fide ad Petrū c. 7. Isidor. lib. 1 de offic. ca.

Ordo missæ vel orationum quibus Deo 15

oblata sacrificia consecrantur, primò à sancto Petro est constitutus, cuius celebrationem vno eodemque modo vniuersus peragit orbis.

De consec. distin. 1. c. Iacobus. Et sexta synodo sic habetur. Iacobus frater domini secundùm carnem, cui primùm credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsarienſis episcopus, cuius claritas per totum orbem refulsit in scripturis, addiderunt nobis missæ celebrationem.

Sanctus Andreas ad proconsulem dixit, se quotidie offerre Deo omnipotenti agnum immaculatum. Ita obseruant omnes Latini, Græci, Chaldæi, etiã schismatici, hæretici, dẽptis nouis illis dogmatistis.

OBIICIVNT HAERETICI.

Heb. 10. 1 Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.

Heb. 7. 2 Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdos, primũ pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel, seipsum offerendo.

Heb. 17. 3 Et infr. eod. cap. Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit.

4 In qua voluntate sanctificati sumus per

oblat

oblationem corporis Iesu Christi semel.

5 Missa est testamentum non sacrificium, hic est sanguis noui testamenti, referunt. *Hebr. 10*

Matthæus & Marcus: Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. Quomodo ergo potest fieri sacrificium ex testamento? *Matt. 26*

6 Missa est bene recordatio sacrificij & oblationis, ideo Christus nō dixit offerte, sed hoc facite in meā commemorationē. *Mar. 14*

RESPONDENT CATHOLICI.

Textus apostoli expressos & manifestos torquent hic hæretici contra missam, gemina siquidem est oblatio Christi, & vtraque quidem realis & vera, quandoquidem in vtraque Christus verè & realiter offertur & sacrificatur. *De pri.*

Vna qua semel corpus suum viuum & sanguinem Deo patri obtulit in ara crucis pro salute generis humani, & totius mundi peccatis. Et de illa sentit Apostolus, ostēdens excellentiam huius sacrificij, vltra legis sacrificia. De qua & Ephesiis scribens, ait, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. *1. Ioan. 2* *Heb. 10* *Ephe. 5*

Et ob id hanc oblationem repræsentat sancta mater ecclesia quotannis duntaxat semel in parasceue, neque fit eo die eucha-

ristię consecratio, verùm sumitur consecrata præcedenti die eucharistia, ne fine dominicæ passionis fructu illo die maneat ecclesia. Altera verò oblatio sacramentalis est, qua quotidie in ecclesia Christus offertur, & sumitur à sacerdotibus sacrificio missæ sub sacramento, in commemorationem passionis, mortis, & oblationis prioris in cruce semel peractæ. Ita quod sacerdos in persona ecclesiæ præsentat Deo patri oblationem factam per filium in ara crucis, & oblatum ipsum, & illa est oblatio secundum ordinem Melchisedech. Quamobrem & hæc oblatio rectè dicitur recordatiua, non quasi Christus non realiter & veraciter offeratur (vt volunt hæretici) sed quia sub sacramento inuisibiliter & recordatiuè in memoriam prioris oblationis, suo iussu, suáque institutione offertur. Hęc oblatio significatur per iuge sacrificium quo quotidie immolabatur agnus, vnus mane, & alter vespere, secundùm illud Numeri, 28.

Luce 22 Illam secundam oblationem faciunt sacerdotes iussu Christi. Hoc facite in meam commemorationem. Nam hoc facere, nõ solùm refertur ad sumptionem, sed etiam oblationem. Alioquin per illa verba non dedisset eis potestatem consecrandi: Christus se

ſtus ſemel oblationem perfecit in ara crucis, & effectus eius quotidie deriuatur ad nos. Hinc fit vt dum prima oblatio meriti fuerit infiniti, ſecunda limitata eſt & finita. Tertia eſt oblatio merè recordatiua, quæ fit in die paraſceues.

Euſebius Emiſſenus, Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus ſyderibus, neceſſe erat vt die cœnæ ſacramentum nobis corporis & ſanguinis conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in prætium &c. *Diſtin. 2. ca quia corpus.*

Liquet iam contra hæreticos miſſam nó ſolùm repræſentare cœnam dominicam, ſed & paſsionem, mortem, & oblationem. Claret quoq; cótra eoſdem Euchariſtiam non tantùm eſſe ſacramentum (id quod ipſi contendunt? ſed ſimul eſſe & ſacramentum & ſacrificium. Sacramentum quidem quatenus repræſentat & ſumitur. Sacrificium verò quatenus offertur & ſacrificatur Deo. Hac quoque ratione miſſa in qua hæc peraguntur ſacrificium dicitur & eſt. *Illatio.*

Similiter dicatur ad quatuor ſequentia, loquũtur enim de prima oblatione, liquet ex Chryſoſtomo, dicente de hoſtia Chriſti. Et quia ſemel oblata eſt illa, oblata eſt in ſancta ſanctorum. hoc autem ſacrificiũ *De. 2. 3. Chryſ.*

exemplar est illius, idipsum semper offerimus, nec nunc quidem alium agnum, cras alium, sed semper idipsum, proinde vnum est hoc sacrificium, infra. Sicut enim qui vbique offertur vnū est corpus, non multa corpora, ita etiam & vnum sacrificium, pontifex autē noster ille est, qui hostiam mūdantem nos obtulit, ipsam offerimus & nunc quæ tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum est. Ecce quomodo quotidie offerimus vnam oblationem, quæ semel oblata est, licet modus offerendi, per recordationem & repræsentationē, longe differat à prima reali oblatione.

De quin. Missam esse testamentum propriè dicere nō possumus, quia & corpus Christi ibi consecratur, & tamen non dicitur nouum

Heb. 8. testamentum. Igitur de sanguine quod dixit esse nouum testamentum, intelligatur cōfirmatiuè, vt sicut Moses vetus testamē tum confirmaturus accepit sanguinem vitulorum & hircorum &c. & aspersit omnē populum dicens: Hic sanguis testamenti

Exo. 24. quod mandauit ad vos Deus, ita Christus sanguine proprio confirmauit testamentū nouum, & introuit in sancta sanctorum. Porrò multa sunt noui testamenti quę nō

pertin

pertinent ad missam, vt baptismus; clauis sacerdotalis. Præterea non sequitur quia missa est sacramentum, ideo non est sacrificium, vt prosequitur rex Angliæ. Et testamentum secundùm Apostolum, inuoluit mortem testatoris, & missa est testamentū, nunc inuoluit mortem testatoris, & ita oblationem. *Heb. 9.*

Missa est recordatio passionis Christi, nō nudè, sicut aliquis laicus simpliciter cō municat, sed est huiusmodi memoria, quod ibi est actio repręsētatiua totius passionis & hoc dixit Christus facite. Nō solùm dixit, Sumite, sed facite, hoc est (coniunctis prioribus & sequentibus) consecrate, offerte, sumite. Ideo ea pars missę actio dicitur. Sicut igitur iuge fuit sacrificium in veteri testamento, ita sit iuge sacrificium in lege gratiæ. Christus Iesus, saluator noster *De sex.* *Luca 22.*

nisi dum Antichristus aduenerit, tunc cessabit ad tempus, vide libros nostros tres de sacrificio missæ ad regem Poloniæ.

DE VOTIS, XVIII.

VOTA ESSE REDDENDA SCRIptura docet, natura dictat, & honestas imperat.

Gen. 28. Deut. 23.

IACOB Vouit domino in Bethel.

Cum votum voueris domino Deo tuo, ne tarderis reddere: quia requiret illud dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.

Leui. 27.

Animal quod immolari potest, si quis vouerit, sanctum erit, & mutari non poterit, nec melius malo, nec peius bono. omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager non veniet, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino.

Num. 6.

Ista est lex Nazarei, cùm vouerit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, & ab initio. Vir siue mulier cùm fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni

mni quod inebriare poteſt, abſtinebunt, infra. Vuas recentes ſiccasque non comedent &c. Nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

Quando votũ mulieris obliget, Dominus decreuit in numeris. *Num.30.*

Vouete & reddite domino veſtro omnes qui in circuitu eius offertis munera. *Pſal.75.*

Vota mea reddam in conſpectu omniũ.

Tibi reddã vota mea q̃ diſtinxerũt &c. *Pſal.65.*

Sapiens ait: Vota iuſtorum placabilia. *Prou.15.*

Si quid Vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſsio, ſed quodcũq; Voueris, redde, multoque melius eſt non Vouere, quàm poſt Votum promiſſa non reddere. *Eccl.5.*

Eſaias ait. In die illa, ſ. ſancti. Euangelij colent eum hoſtiis & muneribus, & vota vouebunt Domino, & ſoluent, & placabitur illis & ſanabit eos. *Eſai.19.*

Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino. Quia rex magnus ego, dicit Dominus. *Mala.1.*

Adoleſcentiores viduas deuita, cũ enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Si viduæ iuniores damnationem habent, quia primã *1.Tim.5.*

fidem

fidem irritam fecerunt, quid tunc de Monachis fratribus & Nonnis noſtris Lutheranis, ſacrilegis, fornicatoribus & adulteris?

S. Marcus in Alexandria erexit Semmon, id eſt, monaſteria, teſte Euſebio, & Philemone.

Hiere.35. Rechabitæ dixerunt, Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis dicens: Non bibetis vinum vos & filij veſtri vſque in ſempiternum, & domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris &c. & commendantur ibi à domino.

SECVNDVM AXIOMA.

Philip.1. Et vota perpetua eſſe meliora, propter perſeuerantiam.

Confido in hoc ipſum, quia qui cœpit opus bonum in vobis, perficiet vſque in diē Ieſu Chriſti: vbi eſt fides Lutheri quę omnia poteſt.

Omnia poſſum in eo qui me confortat.

Ibidē.4. Hæc dicit dominus eunuchis, qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego

Eſai.56. volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locū, & nomen melius à filijs & filiabus nomē ſempi-

tern

ternum dabo eis, quod non peribit, ecce plus tenemur ex voto.

Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum, qui potest capere, capiat. *Mat. 19.*

Dico autem non nuptis & viduis, bonũ est illis si sic permanserint sicut ego: quod si se non continent, nubant. infra. De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino, vt sim fidelis. Constat iure diuino licitum esse vouere, & præceptum exequi de continendo, de non bibendo vinum &c. *1. Cor. 7.*

Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. *1. Cor. 10.*

Paulus Teclam in Iconio.

Clemens Domicillam Romæ.

Matthæus Iphigeniam cum multis virginibus cõsecrauit, & Faustus fatetur, filiæ Philippi seruauerunt virginitatem.

Diony. in epistola ad Caium meminit claustralium, & appellat eos cultores & cultrices, therapeutas, similiter Ignatius in epistol. ad Tarsen. firmat.

Tertullianus tempore martyrum scripsit de velandis virginibus.

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Christus donauit nobis libertatem, vos ea redigunt in seruitutem.

2 Christus voluit consilia esse libera, & votarij faciunt illa præcepta.

3 Sunt adinuentiones humanæ, & addũt ad scripturam Deuterono. 12. Non addas ad verbum quod locutus sum, nec minuas. Apoc. 22. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in hoc libro.

4 Vota non renouant internum hominem, sed solum exteriora opera, quæ magis hypocritas faciunt quàm sanctos, ideo dixit Paulus. Exerce te ad pietatẽ, nã corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia valet. 1. Tim. 4

5 Porrò opera illa externa extinguunt fidem, eneruant spem, cum illis fiditur, plus quàm misericordiæ Dei. Luc. 11.

6 Votarij traditiones suas pluris ducũt, quàm mandata Dei. Luc. 11. Væ vobis scribæ & pharisæi, qui decimatis mentam & rutam, & quoduis olus, & præteritis iudicium & charitatem Dei.

7 Baptismo fidelis est astrictus ad regulam Euangelicam, præsumptuosum est se velle ad maiorem regulam coartare, cùm omni conatu non possit plus præstare.

Resp

RESPONDET VOTARIVS Christianus.

Vota bene rediguntur in seruitutem Christi, at hæc seruitus est summa libertas. Vnde Apostol. liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ & Deo. Imò seruire Deo, est regnare cum ipso. De prima.

Vnde obligatio ad voti redditionem in nullo repugnat libertati Christianæ, eoq; sicut obligatio ad præceptorum adimpletionem, & sicut præceptorum transgressio, ita & votorum non obseruantia, deiicit in seruitutem peccati. Vnde Lutherani votorum suorum transgressores, serui sunt corruptionis turpissimi. 2. Pet. 2.

Consilia sunt libera in communi, sed accedente promissione fiunt obligatoria, de hominibus ait prætor, pactũ seruabo. Cur Deo pacta non seruaremus? Ideo Deus nõ præcipit vota fieri, sed vota reddi. De secun. Co. de pactis. L. pacta.

Vt enim matrimonium ante contractũ liberum est, vbi autem contractum fuerit firmum & indissolubile est, adeóque necessarium, vt citra grande piaculum (extra seruatoris casum) diuortium cogitari non possit. Ita & de voto. vnde Innocentius Papa tertius. Licet vniuersis sit liberum arbitrium in vouendo, vsque adeo tamen solutio necessaria est post Matt. 19.

votum, vt sine propriæ salutis dispendio, alicui non liceat resilire, vnde saluator. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. Et memores estote vxoris Loth, que retro respiciens, conuersa est in statuam salis. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: Et Apostolus. Tantum qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, id est, vsque ad mortem. Ruina enim est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Reddite igitur ô votarij, quæ sunt Dei, (hoc est vota vestra) Deo, vt salui fieri mereamini.

Lu. 9. 17. *Gen. 19.* *Matt. 10. & 24.* *2. The. 2.* *Pro. 20.* *Matt. 22.*

De tert. Et si regulę monachorum & fratrum ab omnibus sint conditæ, fluunt tamen & fundantur in sacris literis, nam in his nihil aliud habetur, quàm saluberrima monita Euangelij, & compendiariæ illius vitæ. Quomodo nihil debeat addi sacris literis, fuit dictum obiectione 2. loco 13.

De quar. Opera externa à regulis dictata non renouant hominem internum, tamẽ adiuuant spiritum, ne nimiũ corpus aggrauet animam. Quæ si fiant solum vt videantur ab hominibus, hypocritica sunt, si ad gloriam Dei, laudabilia. Apostolus non vult nihil esse exercitationem corpoream, sed modicam esse si ad pietatem conferatur.

Adeo

Adeo externa opera nõ exigunt fidem, vt illis maximè nutriatur, quia fides sine operibus mortua est. At si quis in operibus præsumeret, iam ille meritò reus esset. Si feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus. *De 5. Iaco. 2 Luc. 17*

Qui negligunt præcepta Dei malè faciunt, siue sint religiosi, siue laici. *De 6.*

Vt commodius religiosi perficiant præcepta Euãgelica, & quod in baptismo promiserunt, ideo vouent regulas tanquam promouentia, vt expeditè Deo seruiant. *De 7.*

Copiosè deuotis scripsit Schatzgerús: vide Dietenbergium, ac nostras cõclusiones, 160. de votis, & Chrisost. ho. 56. super Matth. qui tres libros scripsit in defensionem monastices. Varietatem rituum, cæremoniarum, abstinentiarum, exercitiorum, habituum, & id genus aliorum, in diuersis ordinibus religionis statui profectionive nihil obsistere, ex Christo seruatore suo quæ baptista Ioanne & vtriusque discipulis liquidò constat. Hic enim habebat vestem de pilis camelorum, escáque eius erant locustæ, & mel siluestre, vinum & siceram non bibit. Illeverò veste, cibo, potúque vtebatur communibus, vnde ait: Venit Ioannes non manducans, neque bibens, & dicũt, dæmonium habet. *Appendix tilmanni. Mat. 3 Luc. 1*

Matt. 11 Venit filius hominis mãducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, Publicanorum, & peccatorũ amicus. Atqui vt tunc inuidi Iudæi de vtroq; temerariè peruerſéq; iudicabant, ita & modò impij hęretici de religioſis. At coërceãt corrigántque linguam maledicam, blaterantes eorum vota diabolica figmẽta, niſi fortè excæcatis excæcatiores Iudæis malint dicere Chriſtum, non vt illi hominem voracem, vini potatorem, & habere dæmonium, cùm magis ipſiſſimum diabolum, eiúſq; Euangelium non diuinam, ſed diabolicam afferere doctrinã, quod quàm apertè ex hac eorum hæreſi ſequatur, patet ſic ratiocinando. Vota religioſorum ſunt figmenta diabolica. At Chriſtus hæc conſuluit in Euangelio, ergo Chriſtus eſt diabolus, eiúſque Euangelium diabolicum, maior eſt hæreticorum, minor Chriſti & Pauli, vt patet ex ſupradictis. Concluſio ſequitur ſyllogiſticè ex præmiſſis. Ecce in quantam incidunt blaſphemiam blaſphemi hæretici. Sed telum hoc in eos retorquendo, ſubſumatur ſub mox illata concluſione proſyllogiſando hoc pacto. Chriſtum autem dicere diabolum, diabolicúmq; eius Euãgelium, impium eſt, hæreticum & blaſphemum, imò nihil magis

impium

impium, hæreticum aut blasphemum. Sunt proinde dicentes vota monastica diabolica, impiissimi hæretici atq; diabolicissimi blasphemi. Religiosi, verò votarij reddentes vota sua Domino, pij Catholici veríque euangelici Christiani: eorúmque vota pia, euangelica & verè Christiana. Tantùm abest, vt dicantur impia & diabolica figmenta.

DE COELIBATV CLERICORVM.

§. IX.

QVM in superiori puncto Christus laudauerit se castrātes propter regnū Dei, & Paulus virgines sequitur improbātes cœlibatum, Christum & Paulum conculcare, Scortum & vile prostibulum non ducet sacerdos vxorem: nec eam quæ repudiata est à marito, quia cōsecratus est Deo suo, & panes propositionis offert: sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus qui sanctifico vos, & hodie offerentibus panem viuum, qui de cælo descendit. Lucher permittit cōcubinas & scorta ducere.

Matt.19
1.Cor.7
Leuit.21

Leuit.21 De ſummo ſacerdote, virginem ducet vxorem, viduam autem & repudiatam & ſordidam atq; meretricem non accipiet.

Ezec.44 Et viduam & repudiatam non accipient vxores, ſed virgines, de ſemine domus Iſrael. Sed & viduam quæ fuerit vidua à ſacerdote, accipient.

Exo.19 Deus Moyſi non præceperat in præparando ad receptionem legis, ne appropinquarent vxoribus ſuis, & tamen Moyſes inhibuit eis dicens: Eſtote parati ad diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris.

1.Reg.21 Dixit Abimelech ad Dauid: Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantùm panem ſanctum, Si mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus, manducent.

1. Cor.7 Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe: qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, & mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.

1. Cor.7 Paulus monet coniugatos, vt aliquantò tempore abſtineant ab vſu coniugali, vt commodius vacent orationi, at ſacerdotes perpetuò debẽt aſtare altaribus, perpetuò

itaq

itaque abstineant à coniugio.

Si quis post baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse nec Episcopus, nec presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorũ, qui ministerio sacro deseruiunt. *Ca. Apo stol. 1*

Placet vt Episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui sacramenta contrectant pudicitiæ custodes, ab vxoribus se abstineant. In ti. 3. dicitur, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. *Concilium Carthag.*

Presbyter, qui vxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere statuimus, quòd si fornicarius fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abiiciatur, & pœnitentiam agat. Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine deponatur. *Cæsarium*

Hieronymus contra Vigilantium, inuehitur contra Episcopos qui non ordinabant diaconos, nisi prius duxissent vxores, nulli cœlibi credentes pudicitiam, Imò ostendentes quàm sanctè viuant, qui malè de omnibus suspicantur, & nisi repugnantes vxores viderint, &c. Christi sacramẽta non tribuunt. Quid facient Orientis Ecclesiæ? Quid Aegypti & sedis Apostolicæ? quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si vxores habuerint, ma- *Hieronym.*

riti esse desinunt.

Calixtus. Calixtus Papa statuit ante mille trecentos annos, presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & monachis, concubinas habere seu matrimonia contrahere, penitus interdicimus.

Aug. 1. qu. no. & vet. test. q. vltim. ad Philip. Augustinus: sed fortè dicatur, si licet, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet vxores habere? Chrysostomus, homil. 21. parte 4. ad Theodorum Monachum, improbat notariorū matrimonia.

Policarp. Policarpus, Virgines in casta conscientia ambulate. Ergo tunc erant perseuerantes in virginitate, sicut Matthæ Iphigeniam consecrauit. Origenes, homil. 23. super Numeri. Videtur mihi quòd illius solius est offerre sacrificium indesinens, qui indesinenter & perpetuæ se deuouerit castitati.

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Sacerdotes veteris legis habebāt vxores.

2 Græci in hunc diem, & Calabri habent vxores.

Gen. 2 3 Crescite & multiplicamini.

1. Tim. 4 4 Paulus prædixit venturos attendētes spiritibus erroris, qui prohibent nubere.

Tit 5 5 Præcepit Tito vt deligat vnius vxoris virum Episcopum.

6 Castitas est libera, traditiones faciunt necessariam.

Melius

9 Melius est nubere quàm vri. 1. Cor. 7

8 Votum de virginitate est stultum, quia impossibile, & Papa humanis traditionibus vult mortificare carnem, vbi deberet recurri ad gratiam Dei.

9 Si acceperis vxorem non peccasti.

In his est radix eorũ quæ Ionas ille impurus contra Fabrum nostrum effutiuit.

RESPONDET CHRISTIANVS.

Primùm diluit Ambrosius super Epistolas ad Timoth. Veteribus idcirco hoc concessum est Leuitis & sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multum tempus otio vacabant à ministerio & sacerdotio: multitudo enim erat sacerdotum, & vnusquisq; certo tempore seruiebat secundum institutũ Dauid, qui vigintiquatuor classes constituit sacerdotum, infrà. Nunc autem omnes à conuentu fœminæ abstinere debent, quia necesse est eos quotidie in Ecclesia præsto esse, nec habere dilationẽ. Et quia soli de tribu Leui ministrabant, ideo vt conseruarentur per propagationem non poterant seruare perpetuam castitatem, alioqui defecissent ministri templi. Porrò aliquot diebus abstinebant sacrificaturi in veteri testamento. Et factum est, vt implerentur dies officij eius, abiit in domum suam. Et sacerdotes veteris

De primo

1. Par. 23

testam

Lu. 1. testamenti tractabãt panes propositionis: carnes hircorum, boum, agnorum, &c. nostri sacerdotes, corpus & sanguinem Christi tractant.

De 2. Græci habent vxores, at nullus sacerdos apud Græcos duxit vxorem, sed bene qui duxit vxorem virginem ordinatur in sacerdotem. Quòd si vxor moriatur, remanebit viduus. Coniugatus itaque efficitur sacerdos, sed sacerdos nunquam efficitur coniugatus. Vnde à morte saluatoris non est auditum, sacerdotem duxisse vxorem, nisi quòd iam temerè attendant audaculi Lutherani.

De 3. Præcepit hoc Deus quando erat replenda terra, at modò cælum, tunc erant pauci prolificantes, iam innumeri. Vnde lex illa non est de permanẽtibus, quo ad singulos de multitudine, alioquin Ioannes Baptista peccasset, qui virgo permansit, peccasset Maria, quæ virginitatem proposuit, peccasset Paulus, qui consuluisset virginitatem, Christus non laudasset eunuchos.

Vnde præceptum illud etiam confirmatum à saluatore Mat. 19. Quod Deus coniunxit homo non separet, datum est toti multitudini hominum, nõ autem cuilibet de multitudine: sicut etiam præceptum de agricultura. Non enim oportet singulos hom

homines, aliquos tamen neceſſe eſt eſſe agricolas. Ita etiam non oportet omnes & ſingulos homines vacare generationi, neceſſe tamen eſt aliquos hominum propagationi operā dare. Ita eſt de multis aliis, neceſſariis quidem toti cōmunitati. Non tamen oportet illā per omnes & ſingulos fieri, ſed ſufficit quòd per aliquos fiant.

Eccleſia non prohibet nuptias, ſed quan- *De 4.*
do aliqui ſunt voto alligati, prohibet votum violari, nam ante votū liberum erat nubere, ſicut coniugatus eſt prohibitus contrahere, ſic Eccleſia nō vult vouentem tradere poteſtatē ſui corporis alteri, quod tradidit Chriſto. Tales autem hæretici quos prædixit Paulus, fuerunt Marcion, & Mantes, & Tacianus, qui damnauerunt nuptias.

Paulus non præcepit Epiſcopum eſſe *De 5.*
coniugatum, alioquin nec ipſe, nec Titus fuiſſent Epiſcopi, ſed noluit Epiſcopum eſſe bigamum. ita Hieronymus, & alij. Hinc bigamum non admittit Eccleſia hîc edocta à Paulo. Et ita hîc modum deſcripſit Paulus, intra quem ſe contineat Epiſcopus, ne ducat ſecundam vxorem.

Vnde quamuis is qui multas habuerit concubinas, ordinetur in ſacerdotem, vel Epiſcopum, non tamen qui plures legitimas

mas habuit voxores. Cuius ratio est, quia hæc institutio est non propter repræsentationem sacramenti. Sponsus enim Ecclesiæ (quem sacerdos repræsentat) est Christus, & vna est Ecclesia. Cãticorum 5. Vna est columba mea. Et ideo bigamum Ecclesia non admittit. Hæc Augustin. in Sen. libro de bono coniugali.

De 6. Castitas est libera, sed præcepta vouẽti, nec tamen repugnat libertati spiritus, sed promouet, nam etiam Deus liberè producit Spiritum sanctum, & necessariò.

Melius est nubere quàm vri, sed bonum est homini mulierem non tangere. Non vult Apostolus eum vri, qui à carne tentatur, sed ille vritur, qui à concupiscentiæ flammis superatur, huic melius esset nubere, quàm perpetuò in sordibus volutari, dic contrariũ, & Paulum facies nubentem,
Matt. 11 quia patiebatur stimulum. Fateor difficile esse continere, at regnum cælorum vim pa-
1. *Can.* 10 titur, & violenti rapiunt illud. Tentamur omnes à carne, at fidelis est Deus, qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tẽtatione prouentum, vt possimus sustinere.

De 8. Dicis votum illud esse impossibile. Si respicis ad naturam, etiam multa alia sunt impossibilia vobis, si respicis gratiam Dei

adiu-

adiutricem, nihil est impossibile, quia possunt capere, quibus hoc datum est. Ideo sapiens ait: Scio, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum. Nouum genus vincendi tentationes carnis, adfert nobis hæreticus, vt, scilicet desideriis carnis obediamus, contra totam scripturam. *Sapien. 8*

Respondet Hieronymus, Paulum non loqui de virgine quæ se semel Dei cultui dedicauit, sed de ea quæ est libera libro 1. contra Iouinianum. *De nouo*

DE CARDINALIBVS ET LEGATIS SEDIS APOSTOLICAE

* * *

CHRISTVS associauit sibi duodecim Apostolos, septuaginta duos discipulos, illos mittebat vbi opus erat. *Mat. 10*

Et fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare. *Marc. 6*

Post hæc designauit Dominus & alios 72. & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem. Sic Papa sibi adhibet *Luc. 10*

assistẽ

assistentes Cardinales, & fortè prius in re discipuli fuerunt Cardinales, quàm apostoli. Bernardus ad Eugenium, hi quoque tibi continuò assistunt, seniores populi, orbis iudices, collaterales, coadiutores.

Bernard.

Isidorus. Isidorus testatur sanctum Petrũ in vrbe Roma delegisse sibi assistentes sacerdotes & diaconos. In sui enim adiutoriũ assumpsit Linum, Cletum, & Clementem. Linus crescente Ecclesia, presbyteros 10. & Episcopos 11. consecrauit, sic Cletus, sic Clemens, sic Anacletus fecerunt. Euaristus primus titulos, id est, Ecclesias cũ plebibus, in vrbe Roma presbyteris diuisit, septem diaconos instituit, qui Romanum Pontificem obseruarent. Marcellus auctoriam numero titulos 5. & 20. in vrbe constituit, vt baptismo & sepulturæ oportunè prospicerent. In primitiua Ecclesia non dicebantur, nisi presbyteri & diaconi vrbis Romæ, tamen postea inditum fuit eis nomen Cardinalium, vt aliquæ historiæ volunt sub Pontiano Papa, aliquæ sub Marcello, aliquæ sub Siluestro, aliquæ adhuc recentius nomen existimant. Hinc solent beatum Hieronymum presbyterum vrbis Romanæ appellare, non Cardinalem, licet Donatio Constantini indicet antiquius fuisse Cardinalium nomen, tamen reiici non

Euarist.

Hieronym. Dist. 78. cap. oportebat.

nõn potest, quin Stephanus papa nomine illo vsus sit, quando constituit nullum eligi pontificem, nisi ex Cardinalibus. Inuenio autem tempore Symachi papę, & Gregorij secundi. 64. fuisse titulos in vrbe Roma, puta Laurentij, Ceciliæ, Sixti, Marcelli, Susannæ, Anastasiæ, Mariæ trans Tyberim, Ioannis & Pauli, &c. Ad cõcilium Nicænum Siluester misit Osium Cordubensem episcopum, Victorem & Vincentium presbyteros vrbis Romæ. Ad Africanum concilium in quo fuit Augustinus, misit Zozimus papa Faustinum episcopum, Potentianum, Philippum, & Asellum, presbyteros vrbis Romæ. In causa appellationis super depositione episcopi decreuit concilium Nicænum, papam committere causam episcopis vicinis, aut è latere suo presbyterum mittat. Ecce legatos à latere tempore concilij Niceni ante M.cc. annos. Siluester misit ad concilium Arelatense Claudium & Habitum presbyteros, Eugenium & Quinatum diaconos ecclesiæ Romanę. *Legati à latere.*

Tempore martyrũ solebant legatos appellare apochrisarios, sicut sanctus Fabianus papa, & sanctus Zepherinus miserunt apochrisarios suos in orientem. Leo papa misit ad concilium Calcedonense Paschasium, & Lucensem episcopos, & Bonifa- *Apochrisarij.*

cium presbyterum Romanæ ecclesiæ. Sub Agatone papa legati ad 6. synodū fuerunt Theodorus & Gregorius presbyteri, Ioannes diaconus. In septima synodo legati fuerunt Petrus, Petrus presbyteri, & Abbas monasterij sanctæ Sabinæ. In octaua synodo missi sunt Donatus, Hostiensis, Stephanus, Ephesinus episcopi, Marinus diaconus ecclesiæ Romanæ, & Anastasius famosissimus bybliothecarius. Missi fuerant à Leone ad secundam synodum Ephesinam, Iulius episcopus, Hilarius diaconus, & Dulcitius prothonotarius, licet non voluerint adire synodum, intelligentes dolum Dioscori.

In Sardicensi concilio missus fuit Osius Cordubensis (idem qui in concilio Nicæno) cum Fortuniano Aquilegiensi & Vincentio de Capua. In concilio Franckfordensi ad Menum. legati sedis apostolicæ præsidentes, fuerunt Theophilactus & Stephanus episcopi, quando hæresis Feliciana fuit damnata, quæ vsum imaginum in ecclesia prohibebat. Fusius ista reperies in libro nostro de primatu Petri lib. 3. ca. 19.

DE

DE EXCOMMVNICATIONIBVS.

XXI.

POTESTATEM excommunicandi instituit Christus, loquens de fraterna correctione, post alia inquit, Dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. *Matt.18*

Patet hic manifestè excommunicationem fieri authoritate Christi, maximè ex his quæ subiungit, dicens: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram (glos. id est, vinculo anathematis) erunt ligata & in cælo. Vbi dicit Chrysostо. Vide qualiter duplicibus colligauit necessitatibus, & pœna quę hic est, scilicet proiectione ab ecclesia. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & supplicio futuro, quod est esse ligatum in cælo. *Chrysost.*

Augustinus super Ioan. Nihil debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius, Si non est membrum eius, nó vegetatur spiritu eius. Quisquis autem, inquit Apostolus, spiritum Dei non habet, hic non est eius. *August. habetur 11.q.4.c. Nihil.*

Hier. habetur ibi. Hieronymus. Quorum remiseritis peccata, &c. retenta erunt, id est, quibus interdixeritis ecclesiam, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, & ipsis ianua regni cælestis clausa erit.

1. Cor. 5 Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

D. 5. 4. Di. 18. q. 1. a. 1. q. 2. Vbi scito quòd in primitiua ecclesia quando oportebat per signa homines ad fidem inuitare, sicut spiritus sancti donum, visibili signo manifestabatur, ita & excommunicatio corporali vexatione à diabolo innotescebat.

Aug. habetur 11. q. 3. c. omnes Christiani. Augustinus de verbis apostoli sermone sexagesimo octauo. Omnis Christianus dilectissimi, qui à sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? quia scilicet extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus, ac per hoc quasi diabolo traditur qui ab ecclesiastica communione remouetur. Vnde illos quos tunc apostolus satanæ esse traditos prædicat, excommunicatos à se esse demonstrat.

Vide

Vide quàm mala sit excommunicatio, quòd in parasceue ecclesia pro Iudæis & paganis oret, sed non pro excõmunicatis.

Quidam circa fidem naufragauerunt ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare. 1.Tim.1

Huius potestatis meminit Paulus. In virga veniam ad vos: an in charitate & spiritu mansuetudinis. 2.Cor.4

Ideo hic absens scribo, vt non præsens hic durius agam, secundùm potestatem, quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. 2.Cor.13

Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha, id est, in aduentu domini. 1.Cor.16

Quòd si quis non obedierit verbo nostro per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo vt confundatur. 2.Thes.3

Petrus Ananiam & Sapphiram pro defraudatione pretij agri non solùm excommunicauit, sed sententia mortis damnauit. Ex quo patet, quòd ecclesiæ licet pro temporalibus damnis excommunicare. Act.5

Augustinus in quæstionibus veteris testamenti. Hoc iam in ecclesia Dei agit excommunicatio: quòd in veteri lege fuisse legitur intersectio. Aug.q. 39. super Deutero.

Orige. Non solùm per apostolos suos, Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solùm soluendi, sed & ligandi, tradunt peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à corpore Christi separantur, prosequitur postea, quomodo homines dupliciter traduntur in potestatem zabuli.

Iudicum. Homil. 2

Ambros. super Psal. 118. loquens de excommunicatione subdit. Rectè ergo & sacerdos vulnus, ne latius serpat, à toto corpore ecclesiæ, quasi bonus medicus, debet abscindere, & prodere virus criminis quod latet.

Sermo. 8

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis.

2. Ioan. 1. vnico.

Scripsi vobis non commiscere fornicariis, auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: infra, cum eiusmodi nec cibum sumere, ecce excommunicatio.

Hæreticum hominem post vnam & secundam monitionem deuita. Hic habes hæreticos fore excommunicatos.

Titum 3

OBIICIT HAERETICVS.

1 Excommunicatio nō est pœna, sed vin-

dicla

declaratio, quia quilibet per peccatum excommunicat seipsum, & postea iudex declarat illum esse excommunicatum.

2. Excommunicatio est medicinalis, lib. 6. de sent. excommu. cap. cum medicinalis. Ideo non est timenda, sed amanda.

RESPONDET CATHOLICVS.

PRAEMISSVM TILMANNI.

Pro huius argumenti solutionis intellectu scito, quòd excommunicatio est separatio à communione ecclesiæ, quo ad fructum, & suffragia generalia. In primo importatur separatio à sacramentis. In secundo verò separatio à communione fidelium quantum ad spiritualia. Vel dicitur, quòd excommunicatio est à qualibet licita communione fidelium separatio. Triplex autẽ est fidelium communio. Vna extrinseca in simul orãdo in ecclesia, in missis & officiis diuinis, & in huius communicationis priuatione non solùm consistit excõmunicatio. Alia est intrinseca per charitatẽ vnientem Christi membra per fidem formatam capiti Christo & reliquis eius membris, de qua dicit Psalmus. Particeps ego sum omnium timentiũ te. Et hanc tollit peccatũ, & non excõmunicatio. Tertia est communio extrinseca simul & intrinseca, secũdũ cõmunia

De pri.

Psal. 11

munia ſuffragia, quæ in eccleſia ab inſtitutione eccleſiæ fiunt, vt in miſſis & aliis orationibus, de qua dicitur in ſymbolo, ſanctorum communionem. Et hanc tollit excommunicatio, & ſupponit ablatam communionem ſanctorum per charitatẽ. Nũc reſpondetur quòd excommunicatio eſt pœna inflicta vel à iure, vel ab homine, & non ſolùm declaratio pœnæ, nam clarè beatus Paulus indicat corinthium non traditum diabolo, ſed tradendum. Porrò quòd inquit, quemlibet per peccatum ſeipſum excommunicare, verùm eſt excommunicatione minori, ſed illa licet priuet hominem gratia diuina, tamen adhuc manet peccator vnitus eccleſiæ, & myſtico corpori eccleſiæ coniunctus tanquã membrum aridum: at in excommunicatione maiori præſcinditur de corpore. Nõ quòd omnino non ſit de eccleſia, quia quandiu tenet veram fidem, eſt in eccleſia, ſed quia priuatur participatione ſuffragiorum eccleſiæ, quod competit homini, vel ex vi charitatis, vel ex intentione eccleſiæ, generaliter volentis ſua merita omnibus mẽbris non præciſis conuenire.

Et illius geminæ excommunicationis meminit Origenes in illa homilia ſecunda Iudicum. Præterea ſi etiam per peccatum

quis

quis se traderet diabolo, tamen per sententiam ab homine, vel à iure latam, diabolus adhuc maiorem in eo accipit potestatem: liquet de Iuda, quem primò inuasit diabolus cùm iam cogitasset tradere Christum. Intrauit autem sathanas in Iudam (ait Lucas) & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, &c. Et Ioannes ait, Cum diabolus misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, &c. tamen postea adhuc magis intrauit, & posse dit eum diabolus, eodem Ioan. dicente. Et cùm intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Iscarioth, & post bucellam, introiuit in eum Satanas. *Luc. 22.* *Ioan. 14*

Excommunicatio est medicinalis, verùm si non contemnatur, nam ex fine dicitur medicinalis, quia ordinatur in hunc finem, quòd ille resipiscat, & pœniteat, ac satisfaciat ecclesiæ: nullus autem timabit excommunicationem, nisi qui obstinatus magis vult tradi Satanæ, quàm seruire Christo, & ab ecclesia vult haberi sicut ethnicus & publicanus. Vnde Gregorius dicit, Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est. Tantùm abest, vt sit amanda. *De sent.*

DE BELLO IN TVRCAS.

XXII.

VBEXISTENTE ratio, nabilicausa, belligerare posſunt chriſtiani in Turcas & hæreticos.

Luca 3 Interrogabant Ioannem & milites dicẽtes. quid faciemus & nos? & & ait illis. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Liquet quia bellum non prohibuit, ſed bellantibus modũ impoſuit.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta ſit, non enim eſt poteſtas niſi à Deo, infra. Si autem malum feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei qui malè agit.

Roma. 11. Vnde filij Iſraël à Deo ſibi datam terram promiſſionis non niſi bellando obtinuerunt, vt patet in libris Ioſuæ, Iudicum, & Regum. Imò voluit dominus Deus cõtinuum eos habere bellum contra infideles, vnde dicitur Iudicum. 5. Hæ ſunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraëlem, & omnes qui nõ nouerãt bel-

la chananæorum, & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi.

Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. *Hier.48*

Totum vetus testamentum plenum est, quomodo iussu & auxilio Dei Iudæi non modò restiterũt infidelib. sed etiam eos inuaserunt, Abrah. Moyses, Iosue.

Hæc dicit dominus exercituum (ait Samuel ad Saul (Recensui quæcunque fecit Amalech Israël, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto, nũc ergo vade & percute Amalech, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & nõ concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & Paruulum atq; lactãtem bouem & camelum, & asinum. Quis iam fuit consiliarius domini, aut quis nouit sensum eius, quando sit tempus vt velit punire Turcas per Christianos, sicut puniuit Amalechitas per Iudæos. *1. Reg. 1.*

Hortabantur Machabæi se inuicem dicentes. Si omnes fecerimus, sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes, pro animabus nostris, & iustificationibus nostris, citius disperdent nos à terra. Et cogitauerunt die illa *1. Mac. 1.*

dicen

dicentes.

Omnis homo qui venerit ad nos Die sabbatorum, pugnemus aduersus eum, & non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri. Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos indignatione sua &c. Ita & nos Christiani, nisi aduersus Turcam crucis Christi hostem ferocissimum pugnauerimus, citius disperdet nos, delebitque Christi nomen è terra, id quod optare videntur isti rabulæ, mentientes pugnare contra Turcam, esse contra Christi Euangelium.

1. *Mac* 3. Surrexit Iudas Machabæus, & adiuuabant eum fratres eius, & vniuersi qui coniunxerant se patri eius, & præliabãtur prælium Israël cum lætitia, & dilatauit gloriam populo suo.

Ibidem. Nos pugnabimus pro animalibus nostris, & legibus nostris, & ipse dominus cõteret eos, scilicet gentiles, ante faciem nostram.

1. *Mac.* 5. Abiit Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum gentibus.

1. *Mach.* 13. Dixit Simon, vos scitis quãta ego & fratres mei, & domus patris mei fecerimus pro legibus, & pro sanctis prælia, Sãctissimum igitur est atque iustissimum præliari

contra

ra infideles Turcas & hæreticos Turcis ipsis impiores, pro fidei ecclesiæ, diuiniq; cultus conseruatione, pro repub. pauperum & oppressorum defensione. Accingimini igitur ô Christiani principes, & estote filij potentes, estoteque parati vt pugnetis aduersus nationes has impias, quæ cõuenerũt disperdere nos & sancta nostra, quoniam melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum. 3. Mac. 3.

Augustinus ad Bonifacium Comitem, vtile tibi, tuisque dabo consilium, arripe manibus arma, oratio aures pulset authoris. Et iterum ad eundem: Noli æstimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat, in his enim erat Sanctus Dauid, cui dominus magnum testimonium perhibuit. Epi. 194.

Et cõtra Faustum: Ordo naturalis mortalium paci accomodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas atq; consilium penes principes sit, Principibus dicitur. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Cur tunc non liberarent de manu Turcæ, maximè attento eo, quòd vi magnificat & extollit cultum Mahumeti sui in iniuriam creatoris nostri, & quòd tertiam prolem sibi placentem aufert, in ritu Mahumetico nutrit in perpetuam seruitut. Lib. 22. Psal. 61.

uitutem, hinc glorioſiſsimus Carolus, Gotfridus, Alphonſi, Ferdinandi, & alij infidelium deſtructores, per orbem Chriſtianum celebri fama laudantur: vide tomo .1. dominica tertia poſt Epyphaniæ homilia quinta.

OBIICIT HAERETICVS.

1 Bellare contra Turcas, eſt repugnare voluntati ſpiritus, viſitanti iniquitates noſtras per illos.

2 Chriſtianus oratiõe pugnet, nõ gladio.

3 Matthæi quinto prohibetur defenſione non opponamus angariantibus nos.

RESPONDET CATHOLICVS.

Plures hæretici iam, ſicut & Oecolampadius, negant omnino Chriſtianis licere, bellare, quæ fuit hæreſis Manichæorum, vt Auguſti. contra Fauſtũ docet, & de ſermone Domini in monte, ſed reſpondeamus.

De primo Etiam ſi deus viſitet iniquitates noſtras per Turcam, tamen per hoc non inhibet nobis defenſionem, alioquin cum nos viſitet per famẽ peſtem, ignem, bella, morbos, non congrueret nobis vlla prouiſio cõtra famem, vlla medicina contra morbos, vlla fuga contra peſtem. Ita enim Deus viſitat

Pſal. 88. ſuos,

suos, vt non derelinquat. Visitabo inquit, in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meã non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.

Fateor iustum bellatorum pulsare deũ orationibus, attamen arma in manu capiat cum Machabæo, nam Moyse orante in mõte. Amalech vincitur gladio Iosuæ. Orent qui Domi manent, alij arma in Turcas ferant. *De scum.* *Exo.17*

Ex consiliis & operibus perfectorum Lutherani faciunt præcepta, & cum adeo amari sint, vt nec verba possint pati catholicorum, etiam pia, serui iniquitatis volunt, vt verbera patiamur Turcarum, desolationem templorum, violationem virginũ &c. Quæ enim ibi docet, præcipit in præparatione cordis, non in ostensione operis, ait Aug. Sperandum est potius, post tot errumnas & calamitates Christianitatis, amissis duobus imperiis, &. 36. regnis, vt Deus tandem misereatur nostri, & decantemus gaudenter. Filia Turcæ misera, beatus qui retribuit tibi retributionem quam tribuisti nobis: vide. 5. Homilias tomo. 3. de bello in Turcas. *De tert.* *Exo.17* *Psal.136*

DE

DE IMMVNITATE ET DIVITIIS ECCLESIARVM.

* * *

XXIII.

Gen.47 IMMVNITAS Et ecclesiastica libertas ostéditur. Pharao gẽtilis rex Aegypti immunitatẽ sacerdotibus seruauit. Emit enim Ioseph omnem terrã Aegypti, subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius, præter terrã sacerdotum quæ à rege eis tradita fuerat, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et idcirco non sunt cõpulsi vendere possessiones suas. Et infrà. Ex eo tempore vsque in præsentem diem, in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars soluitur, & factũ est quasi in legem, absq; terra sacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit.

2.Esd.7. Artaxerxes rex Persarum donans filiis Israel facultatem liberè redeundi cum Esdra in Hierusalem, pro sacerdotum ministrorumque templi libertate decretum statuit in hæc verba. Ego Artaxerxes statuit

tui atque decreui omnibus custodibus arcis publicæ qui sunt transflumen, vt quod cunq; petierit à vobis Esdras scriba legis Dei cæli absque mora detis &c. Et infrà. Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & leuitis, & cantoribus & ianitoribus nathinneis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Vbi glosa ordinaria, quæ est Bedæ. Hoc priuilegio ostenditur, quòd cætera plebs filiorum Israël ad patriam perueniens, tributa regis pẽdebat, quòd discreta prouisione rex fecisse cognoscitur, vt qui diuino seruitio semper erant occupati, à suo famulatu essent liberi, & qui in terra nihil proprium possidebant, sed ex decimis populi viuebant, nemo ex eis tributũ exigeret. Ecce hi duo reges ambo gentiles, alter pro idolorum sacerdotum: alter vero Iudæorum sacerdotum legaliúmque ministrorum Zelabant libertate: & modò nonnulli Christiani principes, ciuitatumque rectores grauant, exactionant, & excoriant Christi sacerdotes, paupereſque verbi Dei ministros, atque in extremam deiicere moliuntur seruitutem.

Ioſue diuisit sacerdotibus & leuitis ciui tates, sicut iusserat dominus per Moysen. *Ioſue 21. Num. 35.*

Leui.27 Item habebant sacerdotes & leuitæ decimas, primogenita, primitias, partes de victimis, oblationibus & sacrificijs, ordinante ac præcipiente Deo, pro ministerio quo sibi in tabernaculo testimonij seruiebant quotidie.

Nu.18.

4. Re.12 Dixit Ioas ad sacerdotes. Omnem pecuniam sanctorum quæ illata fuerat in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro precio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini, accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum. Ezechias præcepit populo habitantium Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus & leuitis, vt possent vacare legi Domini. Quod & populus fecit adeo abundanter, vt præciperet rex fieri horrea in domo Domini vbi reciperentur fructus &c.

2. Par.31

Christus habuit procuratorem Iudam, qui loculos habebat, & portabat ea quæ mittebantur.

Luc.8. Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis & Susannæ, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Matt.17 Immunitatem sacerdotum docuit Christus. Quid tibi videtur Simon, dixit Christus, Reges terræ à quibus accipiũt tributa, à filiis suis, an ab alienis? Dixit illi Petrus

trus. Ab alienis. Dixit illi Christus, ergo liberi sunt filij.

Quis militat suis stipendiis vnquam, quis plantat vineam & de fructibus eius non edit. 1. Cor. 9

Infrà. Scriptum est in lege Moysi. Non alligabis os boui triturãti. Infra. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus. infra. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt cum altario participant. Ita & dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.

Oportet episcopum irrepræhensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatũ, prudentem, pudicum, hospitalem &c. & quomodo posset esse hospitalis, si nihil haberet? 1. Tim. 3

Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant præcia eorum quæ vendebãt, & ponebant ante pedes apostolorum. Vnde in primitiua ecclesia fiebant collectæ pro sustentatione cleri, quibus deficientibus successerunt beneficia. Act. 4

IGNATIVS AD PHILADELPHIEN. Ignat. Ioan. discip.

Principes subditi estote Cæsari, milites pricipibus, diaconi presbyteris: vt sacrorũ lus.

administratoribus: Presbyteri vero & diaconi, atque omnis clerus simul cum omni populo, & militibus atque principibus, sed & Cæsares obediant Episcopo, Episcopus autem Christo, sicut patri Christus: & ita vnitas per omnia seruatur.

Idem ad Smirnen. Sacerdotium est summa omnium bonorum quæ in hominibus constant, quòd si quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & primogenitum totius creaturæ.

Psal.104 Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.

Quis extendet manum suam in Christum Domini. Hoc dicit etiã de vnctione regis, quid de vnctione sacerdotis?

1.Re.26. Gregorius Ciriaco Cõstãtinopolitano.

Quisquis in loco regiminis est, aliquando necesse habet etiam terrena cogitare, & exteriorum quoq; curam gerere, vt grex commissus valeat, ad ea quæ sibi sunt explenda, subsistere. A pastoribus lex creuit in regalẽ maiestatem. A piscatoribus Euãgelium creuit in imperialem maiestatem.

Et in registro Gregorij passim reperiuntur epistolæ de administratione temporalium, vnde etiam illo tempore habuit præfectos ærarios in Sicilia & prouincia, vt manifestũ sit etiam tẽpore Gregorij fuisse patrim

patrimonium Sancti Petri.

In epistola Clemētis. Si qui ex patribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud presbyteros ecclesiæ, quicquid est dirimatur, & omnino obediant statutis eorum. *Patrimonium sancti Petri.*

Concilium Carthaginense. Placuit vt quicunque clericus ab imperatore cognitionem publicorum petierit, honore proprio priuetur.

Gaius Papa martyr statuit. Ne laici sacris initiatos, coram seculari iudice conueniant.

Dionis. Ad Demophilum, de correctione Episcopi. At si quis sorte, & inter ipsos à recto tramite deuiauerit, is ab æqualibus atq; sui ordinis sanctis corrigatur, vt non ordo in ordinem ruens cuncta permisceat, sed vnusquisque in suo ordine, suóque officio maneat.

Origenes qui tempore martyrum vixit, vbi adhuc erant imperatores gentiles, super Lucam explicat subiectionem presbyteri ad Episcopum, sicut Iesus fuit subditus parentibus. *Ho. 20*

Iulianus apostata, Christo aduersarius, clericis subtraxit omnia priuilegia & honores. Quæ piissimi imperatores catholici, Constantinus, Theodosius, Marcianus,

Constant. Imperator. Valentinianus, & alij religiosi animi Principes decreuerunt. Quæ quia sunt omnibus obuia. C. de sacrosanctis Eccles.s, & de clericis & Episcopis. Ideo referre postponimus.

23.q.8.ca. Tributum &c. secundum Canonis. Constantinus Imperator in cõcilio Nicæno noluit accipere libellos contra Episcopos, & dixit: Vos Dij estis à vero Deo constituti, ite, & inter vos causam disponite, quia dignum non est, vt nos iudicemus Deos.

Petrus princeps Apostolorum non refutauit sumptus.

Ambrosius super primam ad Corint. 9. Constitutio Friderici Imperatoris C. de Episcopis & cleric.

Statuimus vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili, trahere ad iudicium seculare præsumat, contra institutiones imperiales & canonicas sanctiones, quòd si fecerit actor, à iure suo cadat, iudicatum non teneat, & iudex sic, & tunc officio iudicandi sit priuatus. Aduertite iniquè clerum ad tribunal seculare pellentes.

Patet igitur ex præmissis iustissimas esse excommunicationes latas in offendentes libertatem ecclesiasticã, suis iniquis statutis grauantes & exactionantes clerum, vt-

pote-

pote in eos qui peccant, & contra naturæ ius, in legem diuinã vtriusque testamenti, & contra ius humanum ciuile & canonicum.

OBIICIT HAERETICVS.

Christus passus est se iudicari à iudice laico Pilato, & testimonium perhibuit ei, quia haberet super eum potestatem desuper. Itaque Christiani sacerdotes non debent refugere iudices laicos.

RESPONDET CATHOLICVS.

Egregiam rem moliris, vt omnes iudices Christiani sint Pilati & Herodes. Christus manifestè obiecit peccatum Pilato, quia is qui tradiderat eum maius peccatum habebat. Quod autem dixit Pilatum habere potestatem desuper, si ad Deum referatur, accipitur permissiuè, permisit Deus hoc Pilato, oblatus est enim, quia voluit, si ad Cæsarem non haberet intentum hæreticus. Isa. 59

DE INDVLGENTIIS.

XXIIII.

Quia indulgentiæ sunt duntaxat satisfactoriæ pœnæ pro peccatis debitæ, ostendamus aliud esse meritum, aliud satisfactionem.

Phil. 2 DE merito Christi dicitur: Propter hoc Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Ecce quid
Luc. 22 meruit sibi. De satisfactione eius dicitur,
Mat. 26 hic est calix nouum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis tradetur in remissionẽ peccatorũ, ecce quid meruit nobis.
Leuit. 4 De offerente hostias pro peccatis dicitur. Et rogante pro eis sacerdote propitius erit ei Dominus. Non de culpa sed de pœna, quomodo nisi per intercessionem.

THESIS TILMANNI.

Scito tibi thesaurum indulgentiarum fieri ex superabundãtia meritorum (quatenus satisfactoria erãt) Christi & sanctorum.
1. Ioan. 2 De superabundantia passionũ Christi pro nobis dicitur. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non nostris autẽ tantùm, sed totius mundi. Ex qua authoritate patet,

paret, passionem Christi sufficienter satisfacere pro toto mundo, ac per hoc quum exequutiuè pro paucis tantùm satisfaciat, infinitum thesaurũ satisfactionum Christi supereſſe in sacramentis quibus eadem Christi passio satisfacit. De sanctorum autem passionum meritorúmq; superabundantia, quo ad officium satisfaciendi pro nobis, patet ex Iob dicente: Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Ex his Iob verbis claret, ipsum plus passum fuisse quàm pro peccatis suis debuerit pati. In superabundãtia autem passionum, constitit superabundantia satisfactionum. Et idem de multis sanctis apertissimum est. De sanctorum verò intentione, quòd scilicet voluerint pati, passíq; sunt libenter, non solùm pro se, sed etiam pro nobis, testatur Apostolus, dicẽs: Nunc enim gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia. *Iob. 6* *Coloſ. 1*

Expende catholice, quia miseriæ sanctorum adiungendæ sunt pressuris Christi, ad communem Ecclesiæ vtilitatem. Et est iste thesaurus meritorum, de quo dicit Eccle-

fia, precibus & meritis sanctorum. Nam quod Paulus adimpleuit, quis negabit de aliis sanctis, crucem Christi portantibus, & eum sequentibus? Quod Papa hunc thesaurum dispensat, patet ex Apostolo dicente: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum eius. Iterum: Dispensatio mihi credita est. Item: Cui donastis aliquid, & ego. Non donauit culpam, sed pœnam. Nam & ego quod donaui, si quid, donaui propter vos in persona Christi.

1. Cor. 4
2. Cor. 9
2. Cor. 2

Certum est Gregorium magnum dedisse indulgẽtias ante noningentos annos, & ita postea obseruatum per omnem Ecclesiam. Mirantur hæretici, quia Papa remittit tertiam, aut mediam partem pœnarum, aut plenariè indulgeat. Cùm ipsi non verecundentur asserere, quemlibet sacerdotem à culpa & pœna absoluere, ipsi remittunt totam pœnam, & nolunt Papam remittere partem.

Leuit. 15 Indulgentiarum Euangelij figura fuerunt Iubilei in veteri testamento.

De his sumus contenti, eò quòd habeamus solidum fundamentũ in sancto Paulo ne credamur diligentiores in causa lucrosa. Potrò quòd vniuersa recepit, credit & tenuit Ecclesia, quomodo posset esse in

fide

fide erroneum? at vniuersitas Ecclesiæ toto orbe terrarum diffusa, recepit indulgentias à tempore Gregorij magni (nisi quòd in paucis hæreticorum angulis alicubi inceperunt reiicere.) Et concilia generalia approbauerunt, sicut sacrum concilium Lateranense celeberrimum sub innocentio tertio, in quo & salubernima constitutio, Omnis vtriusque ædita est, limitauit authoritatem minorũ Prelatorum in concessione indulgentiarum. Et sacrum concilium Viennense approbauit indulgẽtias Vrbani quarti, pro venerabilis Eucharistiæ veneratione. Et omnis ecclesia ex Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, Anglis, Hungaris, Polonis, Dacis, Scotis, & cæteris, reuerenter susceptt Iubileos in Roma à Pontificibus cum plenariis indulgentiis celebratos.

APPENDIX TILMANNI.

Prosunt etiam indulgentiæ animabus in Purgatorio, quia nõ est aliqua ratio, quare Ecclesia transferre possit communia merita Christi & sanctorum, quibus indulgentiæ innituntur in viuos, & non in mortuos, qui in charitate decedentes, obstaculis à regni cælestis ingressu impedientibus nondum amotis, in Purgatorio detinentur. Applicat autem Papa eis indulgentias

non

non authoritate absoluendo, sed per modum suffragij. Quare neq; pro libito potest animas à purgatorio liberare, aut purgatorium euacuare.

Obiiciunt aduersarij inter alia argumenta hoc Achillicum (vt putant inuincibile.) Et si merita Christi sunt infinita, nequaquam tamen merita sanctorum quæ sunt plenissimè remunerata, imò vltra con
Rom. 8 dignum, quoniam non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam quę reuelabitur in nobis. Sanctorum igitur merita per indulgentiarum thesaurum nobis applicari non possunt.

Dicendum quòd sicut Christi opera simul erant meritoria & satisfactoria, meruit siquidem sibi & nobis, sibi quidem,
Philip. 2 quia per humilitatem passionis, gloriam meruit resurrectionis, iuxta illud, Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, &c. Nobis verò quoniam si vnius delicto mortui multi sunt, multò magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abun-
Rom. 5 dauit. Et infrà: Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes
1. Pet. 2 homines in iustificationem vitæ, &c. Satisfecit

tisfecit autē non pro ſuis, quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſed pro noſtris peccatis, vt patet ex multis ſacræ ſcripturæ locis. Ipſe enim vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et paulò pòſt: Omnes nos quaſi oues errauimus, *Iſa. 53*
& poſuit Dominus in eo iniquitatem om *Epheſ. 5*
nium noſtrorū. Chriſtus tradidit ſemetipſum pro nobis hoſtiam & oblationem Deo, in odorem ſuauitatis. Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Ipſe *2. Pet. 2*
eſt propitiatio pro peccatis noſtris, &c. Ita *1. Ioan. 2*
& de ſanctorum operibus & paſſionibus ſentiendum eſt. Quæ quatenus meritoria erant, vltra condignum renumerata cum Apoſtolo fatemur, quatenus verò ſatisfactoria, aut pœnalia, ac innumeros ſanctos conſtat longè plus ſatisfeciſſe, aut paſſos eſſe, quàm pro ſuis peccatis debuerunt, vt patet de Iob & Apoſtolo, & hoc nō ſolùm *Iob 5*
pro ſe, ſed pro corpore Chriſti, quod eſt *Coloſ. 1*
Eccleſia, reſiduum ſatisfactionis, & paſſionis per indulgentiarum theſaurum nobis applicatur, quod ad maximam gloriam cedit ſanctorum. Vnde quum contingit (exempli gratia) ſuperfluam ſatisfactionem Laurentij ſoluere pro pœna debita Ioanni pœnitenti gaudium quoddam acciden

Tob. 4 Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, vt scilicet pauperes inde refecti, pro defuncti salute Deum deprecentur.

2. Ma. 14 Iudas Machabæus facta collatione duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. Bene & religiosè de resurrectione cogitans, nisi enim eos qui ceciderant & superfluum orare pro mortuis, &c. Sãcta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis orare, vt à peccatis soluantur. Is liber est in Canone Ecclesiæ, vt testatur Prologus ei prefixus, & beatus Augustinus decimooctauo libro de ciuitate Dei, & Canon concilij Carthaginens. licet non fuerit inter Canonicos libros habitus apud Iudæos, vt testatur beatus Hieronymus in galeato prologo. Sequitur negantem libros Machabeorum esse canonicos, non esse filium Ecclesiæ, sed spurium synagogæ. Et Luther met fatetur se scire esse purgatorium in disputatione Lipsica, quo modo ergo rem tanti momenti, sicut & Purgatorium, spiritus sanctus non reuelauit in scripturis.

Græci hanc hæresim cognouerunt & abiurauerunt in concilio Florentino.

In nomine Iesu omne genu flectetur, cœle

cælestium, terrestrium, & infernorum, Palàm est autem (quantum ad hos attinet) qui subtus terram in gehenna sunt, quòd nec genua flectant nomini Iesu, quin potius cótra ipsum iugiter blasphement: sunt ergo in purgatorio qui genua flectunt. *Philipp. 2*

Et omnem creaturam, quæ in cælo est, & super terram, & subtus terram & mare, & quæ in eo sunt, omnes audiui dicentes: Benedictio sedenti in throno & agno, benedictio & honor, & gloria, & potestas, in sæcula sæculorum. Triplicem hic ponit ordinem laudantium Deum, scilicet in cælo beatorum, in terra iustorum, sub terra purgandorum, quia damnati non laudant Deum, nec benedicunt sedentẽ in throno. *Apoc. 5*

Aug. in lib. de cura pro mortuis agẽda, approbat suffragia pro mortuis facienda authoritate ecclesiæ. Ita inquiens. In secundo Machabæorum libro legimus, oblatum pro mortuis sacrificium: sed si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua est vniuersæ ecclesiæ (quæ in hac consuetudine claret) authoritas, vbi in precibus sacerdotum, quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Hæc suffragia petiit Monica mater Augustin. ex altaris sacrificio.

Li.9. confessionum in fine. Beatus Ambrosius de obitu Theodosij meminit, cur in ecclesia Dei peragatur, primus, septimus, tricesimus defunctorum.

Damascenus affirmat morem orandi pro defunctis, ab apostolorum traditionibus manasse.

Augustinus quæstione prima de Dulcitij quæstionibus testatur purgatorium.

cap.7.eccl. hierarchi. Chrysostom. proprio sermone agit suffragia prodesse mortuis. Dionysius inquit. Quòd autem iustorum preces etiam in vita sua, & nedum post mortem iis solis prosint qui digni sunt, scripturæ nos edocet sacrosancta traditio. Accedens deinde (delato scilicet funere intrà templum) venerandus antistes precem suam super mortuũ peragit, post quam precem & ipse præsul eum salutat, & suo deinceps ordine, qui astant omnes. Præcatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata, defuncto, eúmque in luce statuat & regione viuorum, in sinibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde effugit dolor, tristitia, & gemitus. Hæc Dionysius apostoli Pauli discipulus. Ita docuit & tenuit sancta mater ecclesia, & omnes orthodoxi.

Purgatorium etiam conuincitur ex animarum apparitionib. quas etsi Luther irrideat:

deat: tamen in Machabeis legimus Oniam & Hiere. apparuisse Iudæ, Christo transfigurato apparuerunt Moyses & Heli. & discipuli Christo resurgente, putabant se spiritum videre, quod nequaquam putauissent, nisi sciuissent defunctorum spiritus nonnunquam apparere. Vide libro quarto. Eckij de purgatorio. 1. Mac. 15 Matt. 17 Mar. 9 Lu. 9. 24

OBIICIT PIGHARDVS.

1 Christus prohibuit viduæ. Noli flere, sed si esset purgatorium, deflendus fuisset mortuus. Luc. 7

2 Hieremias inquit, Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu. Hier. 22

3 Paulus ait. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri. 1. Thes. 4

4 Cyprianus sedulò admonet fratres, ne fleant super his qui migrarunt ex hac vita.

5 Chrysost. lamentari, eos qui ab hac vita decedunt ex pusillanimitate contingit.

RESPONDET CHRISTIANVS.

Christus mox erat mortuum resuscitaturus: ideo prohibuit matrem à fletu: Nec christiani vllum ex mortuis resuscitant.

Hieremias voluit nõ plãgẽdũ regẽ Ioachas captiuũ in Aegypto: sed alios reges se quẽtes, sub quib' Iudæi plus tribulabãtur. De secun.

Truncate adducitur Paulus, qui ait, si- De ter.

cut cæteri qui spem non habent. Itaque deflere mortuum ex desperatione futuræ resurrectionis est malum, quod non facit ecclesia.c.vbicunque.11.q.2.

De 4. & 5. Secundùm prædicta intelligantur Cyprianus & Chrysost.quando aliquis defleret mortuum ex diffidentia, quasi perpetuò illum amiserit. Vide tomo.2.homil. dominicæ.17.post Pente.

DE ANNATIS. CAPVT XXVI.

ANNATAS id appellant in curia Roma. quod ordinarij locorum nominant, medios seu primos fructus, & pro confirmatione episcopi, solent appellare redemptionem pallij, cum tamen propriè solus episcopus Bambergensis in Germania habet pallium & archiepiscopi.

Num.18 Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israël in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Et infrà. Præcipe Leuitis atq; denuncia cùm acceperitis à filiis Israël decimas quas dedi vobis, primitias earum offerte domino, id est, de

est, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tam de areis, quàm de torcularibus, & vniuersis, quorum accipitis primitias, offerte domino & date ea Aaron sacerdoti. In veteri igitur testamento, Leuitæ & sacerdotes accipiebant decimas, & Aaron summus sacerdos accipiebat decimam decimarum. Descendunt ergo annatæ de iure diuino, quia succedunt in locum decimæ decimarum.

Et Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophilacium domini Dei nostri. *Neem. 10*

Annatarum meminit Ioannes Andreæ in cap. inter cætera. de offic. ordinarij post Hostien. quem citat in huiusmodi sententia, dicit hic Hostiensis, quòd Romanam ecclesiam in annatis exigendis, vbi alioquin nullum ius haberet, excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Et infrà. Id iam est de antiquissima consuetudine obtentum. Postea refert quomodo pluries clamauerit, in tantum, quòd super eo fuit sermo in cõcilio Viennensi, cui præsedit Clemens quintus.

Sequitur errasse Platinam & Blondum, & quosdam consarcinatores grauaminum Germaniæ, nam inuẽtum annatarum tri-

buunt, vel Ioanni. 22. vel Bonifacio. 9. vel concilio Constantiensi, quod Germani faciunt, quia Clemens quintus præcessit Ioannem. 22. & Bonifacium nonum. Et is tamen non inuenit annatas, sed inuentas approbauit ex antiqua consuetudine. Et certè isti duo testes Hostiensis & Ioannes Andreæ frangunt mendacia Osorum ecclesiastici status.

In Constantiensi concilio non fuerunt institutæ annatæ, vt nugantur centones Lutheranorum, sed quia aliquæ ecclesiæ decreuerunt in temporalibus, fuit constitutum vt illæ ecclesiæ sic de paupertate reducerentur ad iustam taxam, secundùm valorem ecclesiæ currentem. Ideo magis cõfirmauit annatas. Vnde nullus adhuc publicauit verè, quando annatæ fuerint inuentæ, ideo bene dicunt præfati, annatas rem esse antiquissimam.

Gerson de Simonia. 3. k. Sicut ex antiqua lege decimæ decimarum debebantur summo sacerdoti à Leuitis Nu. 18. Deut. 26. Sic nõ minus in lege noua debetur hæc decimatio facienda ipsi Papæ per inferiores. Hæc autem recompensatio videtur rationabilis, quod fructus primi anni à quolibet beneficiato persoluãtur, quoniam in hoc Papa seruit ecclesiæ, & ita pro sustentario

tatione decenti ſtatus ſui poteſt onerare perſonas & beneficia Et illam rationem dicit bene inferre & concludere.

Sequitur, ſi ſacerdotes & epiſcopi vellent negare annatas ſummo pontifici, tunc eadem facilitate laici negarent decimas ſacerdotibus, & ſacerdotes recuſarent medios fructus dare epiſcopis, vnde ex eccleſia faceremus Babylonem, Id quod ſtrenuè contendunt hæretici, & eorum adhærentes, diuina humanáque omnia commiſcentes.

DE HAERETICIS COMBVRENDIS.

XXVII.

PRIMA POENA HAERETICORVM in nouo teſtamento fuit excommunicatio.

SI QVIS eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus, id eſt, ſeparetur ab eccleſia per excõmunicationem. At hæretici incorrigibiles, non audiunt eccleſiam. *Matt.* 18

Ad tit.3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delin-
Eccle.1 quit, cùm sit proprio iudicio condemnatus: Peruersi autem difficile corriguntur. Ideo hæretici incorrigibiles non vincuntur, neque persuadentur rationibus.

2.Thes.3 Denunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem quam acceperunt à nobis.

2.Ioan.2 Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixerit illi aue, communicat operibus eius malignis. Vnde & idem Ioannes euangelista cum in
24.q.1. balneis Cherinthum hæreticum reperisset, mox exiliit ad discipulos dicens, fugiamus hinc ne & balneæ ipsæ nos corrumpant, in quibus Cherinthus lauatur, veritatis inimicus.

Num.17 Ita Moyses quoque ad filios Israël in seditione Choræ, Dathan & Abiron dixit, Recedite à tabernaculis impiorum hominum, & nolite tangere quæ ad eos perti-
Rom.16 nent, ne inuoluamini peccatis eorum. Et Apostolus. Rogo vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissentiones & offendicula præter

doctrinam

doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuſmodi enim Chriſto domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.

Hæretici obſtinati aut relapſi, iuſtè per mortem è medio tolluntur.

Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quòd locutus eſt, & dixerit tibi, eamus, & ſequamur Deos alienos quos ignoramus, & ſeruiamus eis, non audies verbà prophetæ illius, aut ſomniatoris, quia tentat vos dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima veſtra. Propheta autem ille aut fictor ſomniorum interficietur, quia locutus eſt vt vos auerteret à domino Deo veſtro. *Deut.13*

Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo ex decreto iudicis moriatur, & auferes malum de Iſraël. Hæc legis ratio adhuc militat vt auferamus malum de medio eccleſiæ. *Deut.14*

Propheta qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo quę ego nõ præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alie- *Deut.18*

norum Deorum interficietur.

Leu.24 Educ blasphemũ extra castra,& lapidet eũ omnis populus. Cur non & hæreticũ?

3.Reg.1 Helias propheta domini interfecit prophetas Baal.

Lupus bene arceri debet,sed si aliter nó potest cõsuli saluti gregis, lupus etiam interimendus est, hæretici autem sunt lupi,

Matt.7 dicente Christo. Attendite à falsis prophetis , qui veniunt ad vos in vestimentis ouium , intus verò sunt lupi rapaces.

Act.20 Et Paulus,Scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Iustè igitur è medio tolluntur per mortem.

Ioan.2 Iesus cùm feciſſet quasi flagellum de funiculis,omnes eiecit de tẽplo,oues quoq; & boues ,& nummulariorum æs effudit, & mensas subuertit. Si hoc nummulariis, quid tunc hæreticis faceret?

1.Tim.2 Doctrina hæreticorum noxia vicinis, quia sermo illorum velut cancer serpit.

Act.5 Saphira & Ananias à principio nascentis ecclesiæ , propter pusillum pecuniæ , à Petro morte mulctati sunt, quantò magis hæretici animas defraudantes à successore Petri morte mulctentur?

Augustinus de pœna hæreticorum Cogũt multas inuenire medicinas,multorum

experi

experimenta morborum. Aliquando libri mathematicorum & hæreticorum fuerũt combusti, sicut Augustinus super Ioannẽ dicit, factum suo tempore. Combusit Gelasius papa anno domini 496. Et tempore Apostolorum comburebantur libri curiosi, quantò magis hæretici? Inquit enim Lucas. Multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus, & computatis preciis illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Aliquando vbi nulla potestas Christianis erat animaduerti in corpora hæreticorum, pœna erat excommunicatio, vt supra ex paulo. Et Cyprianus monet cum hæreticis nõ loquendum. Idem refert singulos hæreticos decẽ libris auri mulctari. Gelasius papa exilio damnauit hæreticos.

Act. 19

Ad Bonifacium.

Hieronymus docet resecandas esse putridas carnes, ita inquiens, Resecandę sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, & corpus & peccora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant, & infrà, quæ est ista misericordia, vni parcere, & omnes in discrimen adducere?

Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniã nõ statim oppressus est, totum orbem

orbem eius flamma populata est.

Et beatus Ambrosius. Hęresis velut quę dam hydra fabularum vulneribus suis creuit, & dum sæpe reciditur, pullulauit igni debito, incendioque peritura.

Augustinus lib. 1. contra epist. Gaudentij, deleret inquit. Hoc hominũ genus per imperatoriam curam corrigi debet.

Et super Ioan. ad longum docet imperatores & principes catholicos bene facere, quòd vtantur gladio contra hęreticos, debẽt enim hæretici affligi & eiici à principibus, sicut Agar fuit afflicta à Sara, quando Ismael ludit cum Isaac.

Gen. 21

Gala. 4

In promptu habentes vlcisci omnem in obedientiam.

2. Cor. 10

Gala. 5

Vtinam abscindantur qui vos cõturbãt.

Ecce quàm feruidè optat eos abscindi, quòd si principes tunc fuissent Christiani, sine dubio obedissent desyderio Pauli.

Super Io.

Augustinus inquit, Nullus nostrũ vult aliquem hæreticum perire, sed aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello esset extinctus, sic ecclesia. si aliquorũ perditione cæteros colligit, dolorem materni sanat cordis tantorum liberatione populorum.

C. de Hær. l. mani. L. atria.

Constantinus imperator Arriũ cum adhærentibus damnauit in exilium, quia no

lebat

lebat adhærere consilio Nicæno.

Theodosius imperator puniuit hæreticos Manichæos omnium bonorũ possessione,& omni successione priuauit, admisit desuper inquisitionem fieri post mortẽ. Idem decreuit cum Valentiniano,ne Manichæi in solo Romano conueniendi morandiq; habeant facultatem, decreuit quo que eos vltimo supplicio tradendos. *L. quicum que.par. vltim.*

Idem statuit libros hæreticorum diligẽti studio inquiri,ac publicè cõburi. Valentinianus &Martianus omnes damnauerũt hæreticos, & perpetua deportatione dãna uerunt, tenentes libros contra Calcedonem se conciliũ. Vltimo supplicio coerceri mandarunt illicita docentes, & denuo libros mandant comburi.

Educ blasphemũ extra castra:& lapidet eũ omnis populus. Curnon & hæreticum? *Leu.4.*

Terra proferẽs spinas ac tribulos reproba est & maledicto proxima, cuius cõsumatio in combustionẽ. Huiusmodi terra est hæreticus,quod hæretici sint spinæ. Mat.7.attendentes à falsis prop. *Heb.6*

Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi,quæ non tolluntur manibus:& si quis tangere voluerit eos armabitur ferro & ligno lanceato, atque succensa comburentur vsque ad nihilum. Sed qui magis *2.Re.23*

præu

præuaricantur quam hæretici?

Falsarij pecuniæ aut alij malefactores p̃ seculares principes iustè morti tradũtur, cur non hæretici falsarij sacræ scripturæ?

OBIICIVNT HÆRETICI.

1 Apostoli nunquã petierunt à principibus terræ, vt vim inferrent hæreticis.

2 Euangelium & Paulus nihil huiusmodi docent.

3 Disputandum est cũ hæreticis, & gladio spiritus vincendi sunt, quod est verbũ Dei.

Matt.12 4 Dominus mandauit seruis suis, vt Zizaniam permitterent crescere vsque ad messem, quæ est finis seculi. Per Zizaniam autem significantur hæretici.

1.Cor.11 Oportet hæreses esse, vt ij qui probati sunt, manifesti fiant. Ergo &c.

DILVVNTVR PER CATHOLICOS

De primo Augu. Hanc obiectionem mouerunt Donatistæ contra catholicos, vt testatur Augustinus super Ioannem & aliis plurib. locis, & respondet. Quis tũc in Christum crediderat imperator, quòd ergo non fuit petitũ ab apostolis, non fuit, quia hæretici nõ mere rentur, sed quia gladius gentilium principũ, & imperatorũ nondũ seruiebat Euangelio, at mox Constantinum baptizatũ inplorabant Catholici contra hæreticos. Nã si imperatores puniũt furta, homicidia, rapin

pinas, adulteria, periuria, cur non puniret hæreſes & ſacrilegia?

Decuit fidem Euangelij, ſicut naſcendo non inniti humanæ ſapientiæ, ita nec humanæ potentiæ, vſque quo diademata regum ſe inclinarent ſaluatori: attamen Paulus deſiderabat abſcindi eos, qui conturbabant fideles. *De ſecun.*

Diui Petri authoritate docemur, eſſe parati reddere rationem omni poſcenti, de ea quæ in nobis eſt fide, tamē Paulus ſatis indicat poſt alterā correptionem deuitandum hæreticum, nō cum eo diſputandum & aſſignat claram rationem huius, quia ſubuerſus ſit. Huius rei peritus Tertullianus latiſsimè oſtendit, non diſputandum cum hæreticis, quia potius ſit ſtandum fidei antiquorū, quàm diſputādum de ſcripturis. Et pluribus hanc rem agit, omnimodo depingens Lutherum, quomodo tractet ſacras literas. *De 3 1. Pet. 3 Titum. 3*

APPENDIX TILMANNI.

Hæreticos eradicare per mortem non eſt contra mandatum domini, quod eſt in eo caſu intelligendū, quando non poſſunt extirpari Zizania ſine extirpatione tritici, vnde addidit. Ne fortè colligentes Zizaniam, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Cùm metus igitur iſte non ſubeſt, id eſt, *De 4*

quan

quando ita crimen ciuiuſcunque notũ eſt, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorſus, vel non tales habeant defenſores, per quos poſsit ſchiſma contingere, nõ dormiat ſeueritas diſciplinæ. Hæc Auguſtinus contra epiſtolam Parmeniani.

De quint Matt. 28. Oportet hæreſes eſſe quemadmodũ & ſcandala neceſſe eſt euenire, ſicut ergo væ homini per quem ſcandala eueniunt, ita & væ illi per quem hæreſes diſſeminantur. Oportet igitur vtraque eſſe, non quidem abſoluta, ſed ſolum conditionata neceſsitate, qua neceſſe eſt à Deo præciſa vel prædeſtinata euenire, ſi coniunctim accipiantur. Vel ſecundò oportet hoc eſt neceſsitate finis, quatenus vtilia ſunt ad hoc, vt ij qui

1. Cor. 1 probati ſunt manifeſti fiant, vt apoſtolus ſubiungit, hoc eſt, vt fidelium conſtantia in fide eccleſiæ cõprobetur, & doctores pigritiam excutiãt, diuinas ſcripturas ſollicitius intuentes. vt Auguſtinus dicit. Hoc autem eſt per accidens præter, imò contra hæreticorum intentionem, qui fidem corrumpere, ſcripturas deprauare, innocẽtium corda ſeducere, totis animi viribus adnitũtur. Magis proinde reſpiciendũ eſt ad id quod eſt per ſe de eorum intentione; vt excludãtur, quàm ad hoc quod eſt præter & cõtra eorũ intentionẽ, vt ſuſtineantur. Vel tertiò

neceſſe

necesse est ea euenire secũdùm hominum (qui sibi à peccatis & hæresibus nõ cauẽt) conditionem. Sicut exempli gratia, si medicus aliquis videns aliquos indebita dieta vtentes dicat, necesse est tales infirmari, quòd intelligendum est sub hac conditione, si dietam non mutent. Similiter quoq; necesse est scandala euenire, oportetq; hęreses esse quando homines conuersationẽ malam non mutant, neq; prauorum quando à peruersis hæreticorũ dogmatibus nõ declinant, quando principes & communitatum rectores hæreticis nedum liberum permittãt, imò ad hoc annuis eos cõducũt stipendiis, vt hęreses suas in populo diuulgent, impositio catholicis prædicatoribus silentio, vt ne mutire quidem ipsis contra eosdem liceat. Quis igitur miretur hæreses esse oportere, hæc vbi ita se se habent?

NON DISPVTANDVM CVM HÆRETICIS.

XXVIII.

QVAMVIS De Luthero, & Lutheranis non sit dubium, quin sint hæretici damnati, & pro talibus habendi, quia ipsi

reuocant hæreſes ſæpe damnatas Arrij, Manichæi, Iouiniani, Arrij, Vigilantij, Eutichetis, Felicis, Albigenſium, Vualdenſium, Ioannis Vuicleff. Ioannis huſſ, & aliorum hæreticorum, ideo contra eos non eſt diſputandum.

Ca. maiores. 24 Nam Gelaſius papa inquit. Maiores noſtri diuina inſpiratione cernentes neceſſariò præcauerũt, vt quod contra vnãquanque hæreſim, coacta ſemel ſynodus, pro fide, cõmunione, & veritate catholica, atq; apoſtolica promulgaſſet, nõ fineret nouis poſthac retractationibus mutilari, ne prauis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta pulſandi, & ea quæ ſequuntur.

l. nemo. C. de ſumm. trini. & fi de catholi. Idem voluit Martianus imperator. Iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ ſynodi, ſi qs ſemel iudicata ac rectè diſpoſita, re uoluere & publicè diſputare contenderit.

Vnde in ſeptima actione Calcedonenſis cõcilij, Martianus inter cętera dixit (vt habes diſtinctione nonageſima ſexta ca. nos.) Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam, ad exemplum religioſiſſimi principis, Auguſtiſſimiq; Romani Imperatoris Conſtantini, ſynodo intereſſe voluimus, vt veritate inuenta, non vlra multitudo doctrinis prauis attractata

diſ-

discordet.

Præterea hæretici non quærunt disputationem, nisi multis malitiis inuolutam: Nam plerique eorũ adeo pertinaces sunt, vt liberè promittant se articulos vsque ad mortem defensuros, quare liquet eos esse incorrigibiles, obstinatos, & pertinaces, & qui non sint docibiles Dei, sed innitantur propriæ prudentiæ, & ponant obstaculum spiritui sancto.

Iterũ patet de Lutheranis hæreticis qui fraudulenter obtendunt disputationem, nam quærunt disputare nõ coram doctis, & literatis in theologia exercitatis, sed coram indoctis, vulgaribus laicis, quorum capacitas se nullo modo extendit ad iudicanda huiusmodi mysteria fidei.

Nam quomodo hæretici venirẽt ad disputationem coram doctis, cùm sciãt theologos studiorum generalium Galliæ, Hispaniæ, & Angliæ contra eos concluisse, & studia generalia Germaniæ, quæ fuerunt famata in theologia, ante ortum huius hæresis, similiter damnasse Lutherum.

Addatur his, quòd in disputando, finem intẽdũt peruersum, scilicet quòd ad se trahant laicos alioquin clericis oppidò infestos, vt illos in odiũ cleri amplius accedãt.

Præterea articuli Lutherani sunt hu-

iusmodi, vt si in disputationē proponantur coram laicis, iam mysteria fidei nostræ, authoritas ecclesiæ, & conciliorum ludibrio exponantur. Nam quòd scandalum oritur non modò apud simplices fideles, sed apud Iudæos & infideles, si audierint ea in fide nostra in dubium vocari, quæ à sanctis patribus & conciliis ante 1000. annos 1100. ante 1300. fuerunt constituta & decreta, & ab ipso apostolorum tempore obseruata, quis vel micam habēs fidei vel prudentiæ, ista poterit iudicare disputanda, coram frigidis & malè sentiētibus laicis? Et quia dū constat de eorum conuersione & pertinacia (nolunt enim admittere alium iudicem quàm scripturam, quam volunt interpretari secundùm propria capita) clarè apostolus Paulus, interdixit disputandum cum
2. tim. 2 his. Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium.
Ibidem Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Stultas autem quæstiones & contentiones, pugnas legis uita, sunt enim inutiles & vanæ.
Titum 3 Perdix fouit, quę non peperit, fecit diuitias, & nō in iudicio. Au. li. 13. cōtra Faustū
Hie. 17 ca. 12. pulchrè applicat. Perdix nimis contentiosum est animal. Ita & hæretici sunt contentiosi. Nō enim disputare amāt, sed

quo

quoquo modo superare impudentissima peruicatia, vt congregent, quæ non peperunt. Nã Christianos quos maximè Christi nomine seducunt, iam per ipsius Euangelium natos inueniunt, hos colligunt ad eorum insaniã. Ideo pro prouerbio vsurpat Augustinus contra hæreticos, Perdix congregat quæ non peperit. Quo fit, vt si non idoneus iudex detur, nunquam sit finis disputandi, idoneum autem iudicem non recipit hæreticus, quia proprium est hæreticorum, ait Augustinus contra Faustum fugere disputationem. Nam semper reperiuntur temerarij, pertinaces & proterui, qui nullam satisfactionem solutionis recipiunt. Sicut Moysi restiterunt Iannes, & Mambres, ita hæretici resistunt veritati, homines corrupti, mente reprobi circa fidem, sed vltra non proficient. *Lib. 22*

Chrysostomus In homilia dominicæ. 18. Audi homo fidelis, qui contra hæreticum libenter contendis. Si phariſæi placati sunt, & tu certando contra hæreticum potes eum placare, si eum viceris. Si autem Phariſæi, victi quidem sunt, placati autem non sunt, quomodo tu poteris eos placare cum viceris? Nunquid Christo fortior es? vt quos ille placauit, tu places? Orige. homilia Matthæ. 22. *2. Tim. 3*

proprium est Sadducæorum & omnium qui mendacij sunt doctores, obmutescere quidem, non autem tacere: nam & si obmutescunt quantum ad rem, non tamen tacent.

Pro.20 Catholici ergo debent vitare disputationem cum huiusmodi, quia honor est, ait Sapiens, homini, qui separat se à contentionibus, nisi vbi idonei darentur iudices, tunc enim, vt manifestaretur gloria Dei, tueretur veritas catholica, & hæretici perfidi confunderẽtur, esse omnino disputandũ, sicut Stephanus disputauit, Act.6. Paulus disputauit, Act.17.& 20. Et vbi disputationis sententiam suscipere & pati volunt hęretici, tot adhuc sunt catholici viri, quorum vnusquisq; gladium habet accinctum super fœmur suum, qui adoriantur
1. Reg.17 hæreticos, sicut Dauid Goliam, in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israël.
3. Esd.3 Et veritas sub iusto iudice vincet.

AVCTARII PRAEFATIO.

Quoniam noui morbi occasionem dant nouæ quęrẽdæ medicinæ, ea propter cùm alios locos edidissemus communes contra Lutheranos, verissimũ cõperimus, viam & ianuam per Lutherum apertam omnibus quidlibet audendi. Sustulit enim Luther (quantum in ipso fuit) sacrorum conciliorum

tiliorum authoritatē, Romanorum Pontificum iudicium, sanctorum & Deo amabilium patrum responsa, ac studiorum generalium condēnationes. Vt iam vnicuiq; frenetico, vel melancholico, Saturnino, bis stulto cerebro, peruium sit omnia insana capitis sui phantasmata, sacris mysteriis immiscere. O Deus! O tempora! Cogimur ergo illorum impietate, quamuis inuitissimi, hos adiicere locos.

SVB EVCHARISTIA ESSE VERVM CORPVS CHRISTI.

XXIX.

CAENANTIBVS autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum: & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic enim sanguis meus noui testaměti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Significantissimè Christus dixit: Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, quid ergo clarissi- *Matt. 26*

mis verbis & Christo repugnat?

Mar.14 Manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, sumite, hoc est corpus meum, & accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis, Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur.

Luc.22 Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ecce quanta concordia euangelistæ iudicent, corpus & sanguinem Christi tradita discipulis.

Ioan.6 Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, Christus dicit: Panem quem daturus sit esse carnem, hæretici negant.

1.Cor.11 Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniā Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meā commemorationem. Similiter & calicē postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Ecce quomodo

Paulus

Paulus expressè dicit, oblatum discipulis fuisse corpus & sanguinem Christi.

Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? quoniam vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & vno calice participamus. Hîc clarè Paulus ostendit in qualibet particula panis consecrati, participari corpus Christi, lapideus est qui hæc aliò, torquet, quàm ad corpus Christi. 1. Cor. 10

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Clarè liquet quòd propter præsentiam corporis Christi, peccatum ab indignè sumente pertinet ad corpus Christi, nemo enim nisi insanus, negat indignè manducantem eius reum esse quod manducat. Instruit enim hîc Paulus Corin. ne credant esse simplicem cibum in altari, sed corpus Christi, quod qui indignè manducet, reus sit eius, ideo signatissimè addit. Non diiudicans corpus Domini, id est, non discernẽs ab aliis cibis omnium ætatum omnes sanctos in Ecclesia tenuerunt, vnde cõtra [illegible]ariissimos sacræ 1. Cor. 11

scripturæ textus desipere, extremæ temeritatis est, & aliorum hæreticorũ insaniam transcendit. Hanc hæresim aliquando docuerat Berengarius sancti Mauritij Andegauensis Ecclesiæ diaconus, sed Romæ coram Nicolao Papa & tredecim Archiepiscopis, & centum Episcopis abiurauit, canone ego Berengarius, de consecratione distinct. 2.

OBIICIVNT HAERETICI *Capharnaite.*

1 Christus inquit: Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis: at si esset in Eucharistia, semper eum haberemus. *Mat. 26*

2 Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Si ergo non prodest, quid tantopere contenditur esse sub Eucharistia? *Ioan. 6*

3 Augustinus super Psalmo 4. Donec finiatur seculum, sursum est Dominus.

4 Alioquin falsificarentur tres articuli fidei, Ascendit in cælum, Sedet ad dexteram patris, Inde venturus est: nam si est in cælo, quomodo erit in altari? quia idem corpus in duobus locis esse nequeat.

Andræas Bodenstain Carolostadius, primus resuscitator huius hæresis sepultæ, adducit illa pro errore suo.

Si

1 Si Christi corpus & sanguis esset in sacramento, sequeretur panem pro nobis esse crucifixum.

2 Christus non dixit: Accipite corpus meum, sed accipite panem.

3 Panis non fit melior per hoc murmur, & anhelare sacerdotum, quis enim dedit potestatem hanc sacerdotibus?

4 Alioquin cùm in cœna Christus habuerit corpus mortale, & iam immortale, iam non verum esset de illo dici quod pro vobis tradetur.

5 Christus ait: Si quis vobis dixerit, Hìc est Christus, aut illic, nolite credere: ergo non credamus, si dicunt, in ista hostia est Christus, aut in ista hostia. *Mat. 24*

6 Increpat Catholicos, quòd appellant Eucharistiam sacramẽtum: nam Apostoli non sic nominauerunt: Deus dat creaturis suis nomina, non homines. Paulus autem appellat Cœnam Domini, panem Domini, calicem, &c.

7 Cœna dominica sufficienter his verbis est instituta: Iesus accepit panem, gratias egit, & fregit, & dedit discipulis suis, & dixit: Accipite & manducate, hoc facite in meam commemorationem. Et ista verba, Hoc est corpus meum, sunt impertinentia, & quasi per parenthesim interiecta. *1. Cor. 11*

Verba

8 Verba Pauli. 1. Cor. 10. vitare nititur, quia ibi Apostolus Paulus non loquatur de communione, id est, sumptione sacramenti, sed de cõmunione passionis Christi, quæ fiat eiusdem rememoratione.

Ecce hæreticorum in constantiã Zuinglius in suo cã. dixit corpus Christi esse in Eucharistia, similiter.

9 Sic verba 1. Cor. 11. existima locum habere in indignè cõmemorantibus. Zuingl. & Oecolampadius duo vasa erroris bellantia, Caroloſtadij sententiam amplexi sunt: fundat se Zuinglius in illo Ioan. 6. Caro non prodest quicquam. Tum vt claros Euangelij textus eludant, aiunt. Est sumi in actu signato, non exercito, vt sophistæ in cathegoriis dicunt. Videntes enim absurdissimam esse Caroloſtadij torsionem, sic euadere nituntur. Hoc est, id est, significat corpus meum. vel, hoc est corpus, id est, figura corporis mei.

REPELLVNTVR ILLA A *Catholicis.*

Oecolampadius in duobus sermonibus, impius cũ venerit in profundũ. De secũdo.

Christum nos semper habiturum, fatetur veritas Matthęi vltimo. Ero vobiscum vsq; ad consummationẽ seculi. Ideo cùm ait: Me non semper habebitis, accipiendum est secũdum præsentiam corpoream humanæ conuersationis, neque enim iam vngitur, lauatur, tergitur, &c.

Profectò si caro nõ proderit catholicis, nec canis proderit hæreticis. Porrò nec

hære

hæreticus dicturus est, carnẽ Christi non fuisse in cruce. Adde quòd non sequitur, non prodest, ergo non est in sacramento, nisi admittas hanc illationem ergo non est in cælo. At si acutius inspiciamus, hæretici sensum Christi non assequuntur. Non loquitur Christus de carne sua: nõ enim ait, caro mea non prodest quicquã, hanc sententiam habebant Iudæi, qui abierunt retrò, existimãtes carnem Christi visibiliter, sub specie carnis dẽtibus direptã dilaniari.

Fatemur sursum esse Dominum in cælo, sedentem ad dexteram patris, in forma visibili & quantitatiua, qui tamen sub specie panis latet inuisibilis sacramentaliter. *De 3.*

Veritas eucharistiæ non pugnat cum articulis fidei: Nam quia apud Deum non est impossibile omne verbum, poterit facere vnum corpus esse in pluribus locis, cùm natura possit vnam essentiam animæ in pluribus membris facere, in manibus, pedibus. Augustin. Item Christus est in cælo & tamen apparuit Paulo, Act. 9. 22. & 1. Corinth. 15. *De 4.*

Quæ Carolostadius ex Saxonia relegatus odio Luth. effudit, omnia sunt tam impia & obtusa vt responsionem non mereantur, dicamus tamen. *De primo*

Fortè Luther haberet cõcedere panem esse

De 2. esse crucifixum per communicationem idiomatum, at quia catholici longè absumus ab illa hæresi, quòd panis maneat in Eucharistia, ideo illatio Carolostadij non admittitur.

Non est verum quod assumit Carolostadius, non enim inquit: Accipite panem, sed pane porrecto ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meũ. Quid autẽ interest dicere, accipite corpus meum, & porrecta manu dicere, Accipite hoc est corp' meũ.

De 3. Nemo dicit quòd per sufflare, aut anhelare, seu murmurare, panis fiat melior, sed quando sacerdos secundum constitutionem Christi, dicit verba cõsecratoria, quibus Deus sua virtute diuina omnipotenti assistit, & substantiã panis in corpus suum conuertit, & vinum in sanguinem. Hanc autem potestatem à Christo acceperunt Apostoli, eo dicente: Hoc facite in meam commemorationem. Ideo Paulus ait: Ego accepi à domino qd' & tradidi vobis, &c.

De 4. Et si corpus Christi iam sit impassibile,
Rom. 6 neque sacerdos dicit illud esse tradẽdum, qui nouit quod Christus vltra non moritur, sed renarrat Christum talia dixisse in cœna, quod est verum, tunc enim (non modò) corpus Christi tradendum erat, & sanguis fundendus.

Quod

Quod Christus dixit de regno suo fidei, hæreticus accipit de corpore Christi, prævidit saluator futurum, vt Hussitæ dicerent Christum stare pro eis. Lutherani his aduersi, asserunt Christum pro eis esse, Carolostadianos excludentes Zuingliani de Christo se iactitant, Rebaptizatores soli Christum sibi vendicant, ab his hæreticis monuit nos Dominus. *De quinto.*

Vana est Carolostadij iactantia, nam cùm constat de re, frustra certatur de nomine, nec Deus creaturis nomina dedit, sed Adam, neq; sacramentum est falsum signum. vt ille iudaizans nebulo Ecclesiam irridet, quòd sit sekerment, nam ab Apostolis ad nos vsq; deueniisse sacramentorũ appellationem ex Dionysio liquet, qui libro de ecclesiastica hierarchia appellat eu chariſtiam synaxin, & iuxta inclytum præceptorem suum, ait eam esse sacramentorum consummationem, sacrosancta & augustissima illius dicit mysteria & diuina munera, & in communi dicit sacramenta. *De sexto* *Gen. 2.*

Quod ipse dicit negamus: nam hoc est corpus meũ in medio connectitur coniunctissimè aliis verbis, & puerile est accipere extrema ad cœnam, & media propria authoritate excludere, probet ipse hãc dissolutionem ex scriptura: nã nec stulto satisfaceret. *De 7.*

faceret, quòd inquit punctum præfigi orationi & à magna litera principali. Hoc Hui hoc est thelogum præstare, ex magnis literis & punctis certare, explodantur sophistæ ex theologia, & assumantur sophistæ cum illis magnis literis capitalibus. Puerilia sunt quæ garrit de tutto, naturalis consequentia verborum non patitur, nisi quod demonstrauerit porrectum panem in manu, ideo significantius additum est hoc. Et expende quæ Luther hîc dicit contra Carolostadium, expugnant Lutherum in sua torsione istorum verborũ. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

De octauo Lacerat Carolostadius Paulum, nam cùm solis intendit allegoriis, literam & spiritum vnà admittit, certum est Paulum loqui de communione & participatione Eucharistiæ, non passionis. Porrò communicatio passionis est solùm bonorum, participatio Eucharistiæ est communis dignis & indignis, bonis & malis.

De 9. Similiter lacerat Paulum, nam Paulus loquitur de manducantibus indignè iste torquet ad commemorãtes indignè, cùm illa sint diuersa, licet vterq; peccat, scilicet indignè communicans, & indignè commemorans.

Zuin

Zuinglius & Oecolampadius huius erroris consortes viderunt Carolostadij expositionem ad illa verba, hoc est corpus meum, esse violentam, duram & audacem, atque plurimum à vero aberrantem, placuit tamē eis impietas, vnde expositionem commēti sunt nugacissimam, & plusquàm sophisticam. Et accipitur pro significat. Ita addocet' nouos euāgelicos puram literam scripturæ sequi, id est, lacerare. Vnde etiam à Luthero & Bugenhagio irridentur. Et eorum impietatem sic funditus destruas. *De quinto principali.*

1 Primò insanit Hausschein, dum ait, hoc est corpus meum, id est, forma corporis mei, quia & sibi & catholicis contradicit, omnium enim sententia ibi est forma panis, etiam si apud catholicos credatur esse corpus Christi, tamen sub forma panis visibili. Vide August. de sententia Prosperi.

2 Secundò deprehenditur insciția Zuinglij & Oecolampadij, dū in locutione metaphorica existimant, est valere significat. Vnde in hanc impietatem & ex ignorantia dialecticæ venerunt, vnde postea in symbolica errant theologia, & vt videant nō progredi eorum doctrinam intuantur illud tritum, Lupus est in fabula, an est hic exponant Bardi illi pro significat. Item in illis symbolis Ioannis decimo immittāt suum hoc significat. *Zuingl.*

significat. Mercenarius, cuius nó sunt oues propriæ, videt lupum. Ego sum pastor bonus, id est, ego significo bonum pastorem, & cognosco oues meas. O stupidi, insensati, & indoctissimi hæretici.

3 Tertiò sophismata Oecolampad. torquentis sententias patrum, maximè Augustini facilè vitabimus, si aduertemus eucharistiam signum dici.

Primò ratione specierum sensibilium panis & vini.

Secundò, quia etiam corpus Christi verum, est signum corporis Christi mystici.

Tertio quia eucharistia sumpta est signum gratiæ sumenti collatæ.

Et quarto, cùm corpus Christi sit ibi non modò circũscriptiuè, sed suus modus essendi insit spiritalior, etiam signi aut formæ nomine designatur, licet nihilominus adhuc verè ibi sit corpus Christi.

Quartò quia tres euangelistæ & Paulus nullam indicant metaphoram, sed identidem enuntiant, hoc est corpus meum. Et toties repetunt, neq; alibi ex scriptura docebunt hic esse metaphoram, neq; fide docemur hic esse metaphoram, quare in sensu proprio est accipiendum, Hoc est corpus meum, Delirat enim Zuinglius, est alicubi in sacris literis accipi pro significat.

Sed

Sed omne delirium superat. Si alicubi est acciperetur pro significat, ergo hic accipitur, sed deceptus fuit ex ignorantia logicæ. Cùm enim Christus dicit se vitem. Est non ponitur pro significat, nam obtusitas eius cognosceretur, ponendo in textu. Ego sum vitis vera, id est, significo vitem veram, hoc secundùm Zuinglium, cùm tamen Christus non significet vitem, sed significetur per vitem.

Porrò quintò clarissimo textui euangelico accedit consensus totius ecclesiæ catholicæ, & potentissima miracula in hoc venerabilissimo sacramẽto diuinitus monstrata, pereant igitur hæreticorum nugacia sophismata, deliræ impietates, indoctissimæ torsiones, ac violentæ sacræ scripturæ expositiones. Cùm vnus Locus omnia eorum somnia excludat, cum narret Christum dixisse. Hic calix nouum testamentum in sanguine meo. Amant enim hæretici græca, in quibus non legitur est, & tamen identicè, calix nouum testamentum dicitur, non certè in vino, sed in meo sanguine, non enim est testamentum sine sanguine. Vide Paulum ad Hebræos nono.

Attende quomodo hæretici moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum de- *Psal.* 106

uorata est. Oecolampadius anno M. D. XXIIII. mense Iulio indignabatur sanguinem Christi denegatum fidelibus in Synaxi: & anno nondum euoluto ipse cum complicibus hæreticis denegat fidelibus, & corpus & sanguiné Christi. Similiter Zuinglius. Carolostadius postquam tãtum incendium de sacramento suffflauit, iam palinodiam cecinit, non proposuisse se ista vt credenda, neque ista fore asserta ex spiritu, aut sacris literis, sed certius indaganda ex proprio capite ab eo esse proposita. Vide quomodo stultus vt luna mutatur. Eccle. 27

DE BAPTISMO PVERORVM.

XXX.

HOc est pactũ meũ quod obseruabitis inter me & vos, &c. Infans octo dierum circũcidetur in vobis, &c. Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Modo hoc videtur baptismus in ecclesia, quod circuncisio in synagoga. Sicut enim per circuncisionem paruuli Iudæorum includuntur: Gen. 17

cum

eum pacto diuino, sic & paruuli Christianorum non sunt excludendi a pacto Dei, quare pueri sunt baptizandi, contra rebaptizatores, & puer non baptizatus damnatur lege communi, contra Zuinglium, qui dum vnam hæresim rebaptizatorum vellet destruere, alias decem docet deteriores, contra expressas scripturas.

Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum Dei, &c. & cõplexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos: malè faciunt ergo rebaptizatores, prohibẽtes pueros per baptismum venire ad Christum. *Mar.10*

Baptizate omnes gentes, ergo etiam paruulos. *Mat.vlt.*

Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes baptizati sunt in mari & nube, Certum autem est quòd etiam paruuli fuerunt sub nube, & ita figuraliter baptizati. *1.Cor.10*

Baptismus non est reiterabilis sine sacrilegio, vnde Paulus. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Non negat reiterationem pœnitentiæ vt Nouatianus, sed renouationis, id est, baptismi. *Heb.6*

Accedit vsus & authoritas totius eccle-

siæ ab ipso apostolorum tempore, cui meritò omnes filij deuoti debent parere.

Dio.c.7 Dionysius de ecclesiastica hierarchia, cũ dixisset pueros qui nec dum possent intelligere diuina, sacri baptismatis fieri participes, subdit istud cum piissimis ducibus nostris (ita solet appellare apostolos) in mentem venisset, visum est admittere infantes hoc modo vt naturales oblati paruuli, parentes puerum vni ex fidelibus tradant pręclaro diuinarum rerum magistro, in hunc præsul respondentem puerum iuxta sanctam educatam vitam requirit, vt abrenunciationem profiteatur, fidémque fateatur. Ecce pueros baptizatos ab apostolis sub sponsione patrinorum.

Cypria. Cyprianus & totum concilium Aphricanum ad Fidum, qui opinabatur puerot intra secundum & tertium diem constitutos, nõ debere rebaptizari. Respondet Cyprianus. Longè aliud in concilio nostro omnibus visum est, in hoc enim quod tu putabas faciendũ nemo consensit, sed vniuersi iudicauimus nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam.

Origenes super epistola ad Romanos.

August. Augustinus super Gen. lib. 10. c. 32. Consuetudo matris ecclesiæ in baptizãdis parunulis nequaquam spernẽda est, neq; vllo modo si

do superflua deputanda, nec omnino credēda, nisi apostolica esset traditio. Egit hāc causam duobus libris ad Marcellinū, sub titulo, de peccatorū meritis & remissione, hos libros vidit Hieronymus, & laudauit.

Hieronymus libro tertio aduersus Pelagianos affirmat paruulos baptizari, vt eis peccata in baptismate dimittantur.

Primus parabaptista fuit Agrippinus Chartaginen.

Concilium Mileuitanum contra Pela- Tres hæretici anagianos hæreticos canone. 77. Item placuit, ut quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, inde fit consequens vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorū nō vera, sed falsa intelligatur anathema sit. hic à sacro cōcilio anathemate percutitur Baldazar Hiebmair cum suis rebaptizatoribus, negantes baptismum paruulorum.

Ipse Zuinglius qui negat peccatum originale in pueris, ideo nō delearur in baptismo, vnde volens hæresim de pueris nō baptizandis destruere, decem alias affert hæreses, quarum & illa vna est, pueros catholicorum, &c. non baptizatos saluari, adde

Augustinum vbi supra capite. 33. similiter Hieronymum.

5 Tertio quidã nouellus hæreticus Eberhardus Vuiedense Canonicus regularis apostata Halberstaten. qui concedit quidem peccatum originale, tamen ait incertum an puer baptizatus moriens saluetur, quia nescimus an recipiat fidé, & sic, si nó recipiat fidem remanet filius iræ damnationis. Ecce in quot capita scinduntur hæ-
1. Cor. 1 retici, contra apostolum. Non idipsum dicentes omnes. Ratio id euincit in fide fundata, habent enim peccatum originale aliena præuaricatione contractum, cur ergo pater misericordiarũ dominus non instituisset eis remedium, vt & aliena voluntate cooperante sanarentur? Quod autem peccatum contrahant pueri, liquet ex Augustino & Hieronymo, vbi supra contra hæ-
Psal. 50 resim Pelagianorũ, & probatur, Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in pecca-
Ephes. 2 tis cõcepit me mater mea. Brauius natura
Roma. 3 filij iræ, sicut & cæteri. Omnes enim peccauerũt, & egent gloria Dei. Sicut per vnum
Roma. 5 hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrãsiit, in quo omnes peccauerũt: hic apostolus dicit in quo omnes peccauerunt, & Pelagiani & Zuinglius

gius audent dicere, paruulos nõ peccasse.

In quinta synodo Constantinopoli fuerunt damnati Parabaptistæ zoara, Syrus monachus, Seuerus Antiochenus, Petr. Antiochenus, Antymus Trapezuntius, Petrus Apamarum.

Et infrà: Si in vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabunt (etiam paruuli in Christo regenerati) per vnum Iesum Christũ. Et infrà Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi, &c. *Roma.5*

Gratias ago domino meo, quòd neminem vestrum baptizaui nisi Crispum & Caiũ, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Si totam domum baptizauit, ergo & paruulos huius domus. *1. Cor. 1*

Sicut in Adam omnes moriuntur (etiã paruuli,) ita & in Christo omnes viuificabuntur, etiam paruuli. Hoc autem non nisi per baptismum, per quem Christo incorporantur. *1. Cor. 15*

Contra rebaptizatores, pro baptismo puerorum Oecolampadius argutatur.

1 Rebaptizatores conténunt vsum Christianæ communitatis.

2 Inductiua est illa sententia sectarum,

schismatum & seditionum.

3 Quis ita docuit hactenus, aut quis consuetudinem hanc obseruauit?

4 Quando tamen inceptum est in ecclesia pueros baptizari, si aliquando non baptizabantur.

5 Si pueri non sunt baptizandi, hoc probent prohibitum ex scripturis.

6 A tempore apostolorum baptismus non fuit prohibitus pueris.

7 Vultis tot centena milia baptizatorum infantium non acceptare pro Christianis fratribus.

8 Zuingius inuehitur in eos quòd non obtinebunt victoriã, quia etiam ante mille annos hoc attentantes succubuerunt.

9 Indignatur eorum nouitati. Si eò res progressa esset, inquit, quòd quolibet caput obliquum (quamprimùm aliquid noui & rari in phantasiam veniret) mox sectam adhærentem excitaret, tot futuræ essent sectæ, & schismata, vt Christus in multa partiretur. Et infrà, quodlibet caput melancholicum, Saturnium & singulare nititur propriam sectam erigere.

10 Licet baptismus puerorum non sit clarus ex scripturis sacris, sicut & alia multa, tamen quia non sunt contra Deum sed cum Deo, ideo suscipienda.

Hæc

Hæc recensuimus, vt intelligant catholici, quomodo hæretici nequeunt se defendere contra hæreticos, nisi armis ecclesiæ. Nam quòd Cyprianum, Augustinum, & concilium mileuitanum inducunt, quando Catholici id facerent, clamarent, patres, patres, Ponamus rem ante oculos. Antithesis.

1 Et Luther & Oecolampadius reiiciunt vsum ecclesiæ in baptismo, & missa, & omnibus.

2 Et hæresis Lutheri multas iam protulit sectas, & seditiones tam cruentas, quales non sensit antea Germania, Vnde plus quam centena milia hominum periere.

3 Quis ita docuit vt lingua Germanica baptizaretis? vt sacerdos Zuingl. vxorem duceret? & Oecolampadius votum ac ordinem reiiceret apostata?

4 Si aliquando non fuit Quadragesima in Ecclesia, quando ergo incepit? aut si olim non erat confessio ecclesiastica, (quam auricularem vocant) quando incepit?

5 Probant hæretici, Non exorcizandum puerum, non habendos patrinos, Matrimonium non esse sacramentum, confessionem non faciendam sacerdoti, & mille huiusmodi, quæ prohibent, probent inquam prohibita in scripturis.

6 A tempore apostolorum non fuit prohibitus

hibitus cœlibatus, benedictio cereorũ &c.

7 Vultis tot centena millia confitentium, in missa offerentium, eucharistiam adorantium, vota religionis seruantium, non acceptare pro catholicis, augustissima erit via ad Christum.

8 Nec tu obtinebis victoriam contra imagines sanctorum, contra eorum reliquias, contra peccatum originale, quia Feliciani, Heluidiani, Pelagiani ante mille annos hoc attentantes succubuerunt.

9 Indignantur omnes catholici super tot hæresum nouitate, quòd quilibet pro suo capite mutat & confundit missam, baptismum, communionem, & omnia officia ecclesiæ.

Dolent catholici permitti hæreticis, tot sectarum nouitates, sunt Lutherani, Caroloſtatini, Zuingliani, Oecolampadij, Rebaptizatores, Capharnaitæ.

Cur ergo Luther, Billicanus, Caroloſta. & tuipse nihil admittebatis, nisi quod claris scripturis sacris probaretur. Existimantes validũ esse argumentum in theologia. At non legitur, ergo non est, cur iam traditiones hominum capessitis, quę vertigo cerebrum vestrum dementauit? Vbi est Zuinglij argumentum cornutum, tui fratris Baldasaris. Fridberger? Supra titu. 16.

Obiit

OBIICIVNT HAERETICI.

1 Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ergo soli credentes baptizandi. *Marc.vlt.*

2 Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. *Matt.vlt.*

3 Eunucho nunciabatur prius Euangelium antequam baptizaretur, similiter Cornelio. *Act.8* *Act.10*

4 Cur duntaxat ter baptizabant in anno antiquitus, si pueri nati mox baptizandi sunt?

5 Nicolaus papa incœpit baptizare pueros, sed scriptura baptismum puerorum ignorat.

RESPONDENT CATHOLICI.

Christus loquitur de adultis, tam apud Marcum quàm Matthæum. Notent tamen Lutherani ex verbis Christi non sufficere, credere & baptizari, sed oportere seruare omnia que mandauit Christus. *De primo & secun.*

Docentur etiã & credunt paruuli in ecclesia saluatoris per alios, sicut ex aliis quæ in baptismo remittũtur peccata traxerũt. Idem mater Ecclesia, os maternũ paruulis præbet, vt sacris mysteriis imbuantur, quia *Aug. ad Bonifac. De conf. Di.4.ca. Mater.*

quia nõdum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri
Rom.10 ad salutem. Si autem propterea rectè fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur etiam non pœnitentes habeantur, cùm per eorundem verba gestantiũ, diabolo & huic seculo abrenunciare monstrentur. Hæc ille. Cuius assignatur ratio, quia regeneratio spiritualis, est quodammodo similis nativitati carnali quantum ad hoc quod sicut pueri in maternis vteris constituti, non per seipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur, ita etiam pueri nondũ habẽtes vsum rationis, quasi in vtero matris ecclesiæ constituti, non per seipsos, sed per actum ecclesiæ salutem suscipiunt. Et ita fides aliena, puta ecclesiæ parentum, & patrinorum offerentium paruulos ad baptismum sufficit eis ad salutẽ, sicut fides offerentium paralyticum, quo-
Matt.9 rum fidem videns Iesus ait illi. Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua, ita fides centurionis obtinuit puero suo salutem. Et fi-
Matt.8. des mulieris Chananææ impetrauit filiæ
Matt.15. suæ à dæmonio possessæ liberationem &c.

Eunuchus fuit adultus, & similiter Cornelius.

De tem. Illud fuit pro adultis non pro pueris, &

Dequare.

bis

bis tantum fiebat solennis baptismus adul
torum in pascha & Penthecoste, Non ter,
vt Oecolampadius somniat, velut ex Siri-
cio, Leone, Gelasio & Gerundinensi con-
cilio liquet.

Non esse Nicolai papæ inuentum, ex Hieronymo, Augustino & Cypri. liquet, qui. 400. aut .600. annis Nicolaum præcesserunt. Nulla vidi scripta rebaptizatorum, audio esse plerunque homines indoctos, temerarios, & qui latinam linguam non calleant, vno dempto Balthasare Hiebmair, Fridbergerio: qui narratur esse author huius perditæ sectæ, is dum communionem sedis apostolicæ haberet, doctoratus honore fungebatur. Det ei Deus vt possit lumen cernere verum.

Combustus est Viennæ 1528.

DE LIBERO ARBITRIO.

XXXI.

***

HÆRETICI Hic resuscitarunt olim extinctam hæresim. Manichæi, primò quidem negarunt liberum arbitrium se habere

Hæreticorum insania.

bere actiuè ad bonum opus, quia illud totum & totaliter fieret à Deo. Dein Lucher insanus factus negauit omnino liberum arbitrium, quia omnia de necessitate absoluta eueniunt, quod olim stupidi stoici, Empedocles, Critolaus Diodorus, & alij errantes dixerunt.

Dixit dominus ad Cain: Nonne si bene egeris, recipies: sinautem malè, statim in foribus peccatum tuũ aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius: hic
Gen. 4 Deus facit liberum arbitrium dominum, Luther in ignominiam creatoris, facit illud seruum necessitatum.

Deu. 30 Mandatum quod ego præcipio tibi, non est supra te, sed iuxta te est sermo valde in corde tuo, vt facias illum. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum & econtrario mortem & malum, infrà testes inuoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonũ, benedictionem &c. elige ergo vitam, vt viuas, & semen tuum. Electio pertinet ad liberum arbitrium, concordat sapiens.

Eccle. 15 Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illũ in manu consilij sui, adiecit mãdata & præcepta. Si volueris mandata conseruare cõseruabunt te, apposuit tibi aquã

& ign

& ignem, ad quodcunque volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur ei, nihil expressius dicit poterat pro libero arbitrio.

Et eligent magis mortem, quam vitam, omnes qui residui fuerint de hac cognatione pessima. *Hier.5*

Saluabitur innocens, saluabitur autem in mundicia manuum suarum. *Iob.5*

Optio data est Iudæis, an deum sequi velint. *Ios.vlt.*

Optio data Dauid eligendi plagam ex tribus. *2.Re.24*

Optio est data viro in voto vxoris. Modo optio non est sine libero arbitrio. *Nu.30*

Qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit. *Eccl.31*

Fecistis mala, quoniam potuistis. *Esai.56*

Voluntariè sacrificabo tibi. *Psal.50*

Substantia tua, dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebat, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. *Sap.16*

Ait seruus Domine quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; lucratus sum. Lucrari non potuit, nisi liberũ arbitrium haberet se actiuè, alioquin diceret se decem talenta accepisse, Concordat Paulus. *Matt.25*

1.Cor.15 Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit, infrà. Dei enim sumus adiutores.

1.Cor.15 Abundantius omnibus laboraui non ego, sed gratia Dei mecum, simul ergo operantur liberum arbitrium & gratia, vt ait Hierony. Et Bernardus dicit Apostolum fuisse socium operationis.

Psal.118 Audiantur prophetę. Anima mea in manibus meis semper. Paratum cor meum
v.107 Deus paratum cor meum. Si volueritis, &
Esa.1 audieritis me, bona terræ comedetis, quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.

Esa.45 Redite præuaricatores ad cor.

Hier.3 Ecce locuta es & feeisti mala, & potuisti.

Eze.18 Proiicite à vobis omnes iniquitates vestras in quibus præuaricati estis & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & quare moriemini domus Israël, quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus. Reuertimini & viuite. Et antea dixerat. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis &c. in iustitia sua quam operatus est, viuet. Operatur ergo, non solum recipit iustitiam.

Zac.1 Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, ait dominus exercituum.

Hier

Hierusalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Deo volente homo non vult per liberum arbitrium. *Matt.23*

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Cum multis similibus. *Matt.19*

Spiritus prophetarum prophetis subiectus est. *1.Cor.14*

Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis. Insanus Luther imponit necessitatem. Paulus negat, cui credemus? *1.Cor.7*

Vnusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut necessitate. *2.Cor.6*

Omnis qui habet spem hanc in ipso (Deo) sanctificat se, sicut ille sanctus est, ecce liberum arbitrium & eius actiuitatem: Augustinus, ibi videte, quomodo non abstulit liberum arbitrium. Infrà, quia agis aliquid voluntate, ideo tibi aliquid tributum est, vt dicas sicut Psalmista. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, si dicis, adiutor meus es, aliquid agis: nam si nihil agis, quomodo ille adiuuat? *1.Ioan.3* *Psal.29*

Simile dicit sanctus Petrus. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex *1.Pet.1*

corde inuicem diligite. Si ergo debemus nos sanctificare, animas nostras castificare, id non fiet sine libero arbitrio, neque sine actione liberi arbitrij.

1. Ioan. 3. Et in conspectu eius suadebimus corda nostra: quomodo autē suaderet sine libero arbitrio, aut quę vtilitas suasionis, si omnia necessariò eueniunt, vt insanis Luther.

Ad philemonem. Sine consilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Luthero bruto, omnia de necessitate fiunt.

Mar. 14 Semper enim pauperes habetis vobiscū, & cùm volueritis, potestis illis benefacere.

Porrò si libero caremus arbitrio, & omnia absoluta necessitate eueniunt, nihil relinquitur precibus, consiliis, regiminibus publicis, deliberationibus, nulla debentur præmia virtutibus, nullæ pœnę vitiis, pereunt leges, iura, statuta, præcepta: cessant admonitiones, persuasiones, illices, & cætera. nam hæc omnia libertatem exigunt, necessitate autē cassantur. Et in summa, hoc esset omnia flagitia & scelera, impietates ac blasphemias in Deum referre. Nam quis imputabit Iudæ proditionem, quam ineuitabili necessitate commisit.

CONTRA DICIT DOMINVS.

Hiere. 2 Arguet te malitia tua, & auersio tua increpa

crepabit te.

Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum. *Oseæ 13*

Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Si omnia necessariò fiunt, quid prodest docere, arguere, corripere, erudire? Si liberum arbitrium nihil facit, quid prodest hominem esse instructum ad opus bonum? Vnde Luther ex hominibus vult facere truncos & stipites. Qui agunt omnia cum consilio, reguntur prudentia. *2. Tim. 3* *Prou. 13*

Hieronymus affirmat sibi hoc studium fuisse, vt omnipotentiam Dei simul & liberum arbitrium astrueret, simile dicit Amb. de vocatione gent. lib. 1. cap. 3. *Hieron.*

Augustinus in pluribus locis, maximè tamen libro tertio hiponosticôn, vbi inter alia inquit. Liberum arbitrium ineſſe hominibus certa fide credimus, & prædicamus indubitãter. Sic Origenes, Chrysost. Basilius, Theophylactus (cui ob id iniquior est Oecolampadius) omnes astruxerunt liberum arbitrium. *Augus.*

Gregorius Nissenus fatum inuitabile Stoicorum destruit, & liberum arbitrium

actiuum euidentissimè commonstrat.

Ioan. 6 Cyprianus ad Cornelium, lib. 1. Epist. 3. Christus dixit ad Apostolos: Nunquid & vos vultis abire? seruans scilicet legem qua homo libertati suæ relictus & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi vel mortem appetit, vel salutem.

Bernardus est totus in hac sententia; in peculiari libro de arbitrio & gratia.

OBIICIVNT HAERETICI.

Ioan. 4 1 Baptista dixit: Non potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datum de cælo.

Iac. 1 2 Omne datum optimum, & donum perfectum, de sursum est descendens à patre luminum.

2. Cor. 3 3 Omnis sufficientia nostra ex Deo est.

1. Cor. 4 4 Quid habes, quod non accepisti: si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperi?

Rom. 9 5 Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor, igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Isa. 63 6 Quare nos errare fecisti Domine de viis tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te.

Ibid 47 7 Nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis? & opus tuum absq; manibus est.

Non

Non est hominis via eius, nec viri vt ambulet & dirigat gressus suos. *Hier.10*

8 Si reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt, si autem gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. *Rom.9. & 11*

9 Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora qd loquamini. *Mat.10*

10 Nónne duo passeres asse væneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. *Matt.10*

11 Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. *Ioan.6*

12 Ecclesia orat: Deus cuius est totum quod est optimum.

13 Augustinus ad Felicianũ, dum Deus remunerat debita nostra, coronat dona sua.

14 Bernardus. Liberum arbitrium est tantùm capax salutis.

15 Porrò extollere hoc modo liberum arbitrium, quasi aliquid possimus ex viribus nostris, est hæresis Pelagiana: nam liberum arbitrium ante gratiam nihil potest nisi peccare, ideo scholastici ponẽtes meritum congrui, sunt noui Pelagiani.

RESPONDENT CATHOLICI.

Fatemur ante omnia Deũ esse primam causam omnium rerum, & nihil sine ipso

fieri posse, vnde ad omnem effectum naturalem influit generaliter, sed ad operationes bonas rationalis creaturæ concurrit etiam speciali influxu. Deus igitur est prima causa mouẽs & naturales causas & voluntarias. Et sicut causas naturalibus, mouendo eas non aufert, quin actus earum sint naturales: ita mouendo causas voluntarias nõ aufert quin actiones earum sint voluntariæ: sed potius hoc in eis facit, operatur enim in vnoquoque secundum eius proprietatem, cuncta disponens suauiter. Dein fatemur liberum arbitrium ex se solo non posse in bonũ, & nihil esse, sed gratia Dei facit vt aliquid possit, ideo nullus homo ex se cogitat aliquid boni, sed ex gratia Dei speciali. Tertiò dicunt hoc non solùm intelligi de gratia, quæ est charitas, & gratum facit Deo, sed etiam de motione gratuita præuia, qua Deus inspirat, pulsat, & vocat hominem ad bonũ. Ideo diligenter est attendendum, quid solius Dei, quid Dei & liberi arbitrij simul. Quod significantissimè Augustinus, aut quis alius eruditus author in libro de Ecclesiasticis dogmatibus expressit, dicens: Initium salutis nostræ Deo miserante habemus (Ecce primus gradus solius Dei) vt acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est

(ea

(en ſecundum gradum, qui eſt liberi arbitrij, & ibi meritum congrui) vt adipiſcamur quod acquieſcẽdo inſpirationi cupimus, diuini muneris eſt (ecce gradum tertium gratiæ gratum facientis) vt non labamur in adepto ſalutis munere, noſtræ poteſtatis eſt, & diuini pariter adiutorij. Quartus iſte gradus perſeuerantiæ pendet ex gratia Dei, & libero arbitrio ſimul.

Fatemur bonum non niſi Deo datore accipi, ſed aliqua dat agente libero arbitrio, aliqua ſine illius actione. *De primo*

Ita fatemur merita noſtra eſſe dona Dei, & data à Deo, præueniente, cooperante, & ſubſequente: ſed non negatur per hoc liberum arbitrium concurrere actiuè ad merita. *De 2.*

De Tertio, Quarto, & Quinto ſimiliter dicatur: nam Deus ex miſericordia præuenit liberum arbitrium mouẽdo, & miſericorditer cooperatur: diuuãdo, voluntates noſtras aſpirando, præueni orat Eccleſia. *De 3. 4. & 5.*

Populus peccans non facit Deum authorem peccati & erroris. Ita intelligatur, feciſti, id eſt, permiſiſti, ſic induraſti, id eſt, indurari permiſiſti. Iuxta cõmunem theoricam: ſed per hoc nõ euacuatur actiuitas liberi arbitrij, ſed magis comprobatur. *De 6.*

Fatemur nullum hominem debere re- *De 7.*

bellare, aut ſuperbire contra opificem ſicut nec inſtrumentum contra artificem, omnis enim creatura eſt inſtrumentum diuinæ potentiæ, ſed per hoc non auferetur liberum arbitrium.

Non eſt in homine via eius, quantum ad executiones electionum, in quibus impediri poteſt multipliciter, velit nolit. Electiones autem ipſæ ſunt in nobis, ſuppoſito tamen diuino auxilio. Et ideo non dicitur eſſe liber ſuarum actionum, ſed liber ſuæ actionis, quæ eſt iudicium de agendis, & hoc ipſum nomen liberi arbitrij demonſtrat. Sonat enim liberum de agendo vel non agendo iudicium.

De 8. Saluantur boni ex gratia, non operibus, intelligas excluſa gratia, quia opera nihil
Rom. 8 ſunt ſine gratia. Non enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, ait Paulus.

De 9. Auſer anxiam ſolicitudinem præcogitandi. Et ſecus eſt de ſcientia Apoſtolorū, quia illa erat infuſa, & liberum arbitrium habebat ſe paſſiuè, ſecus de operibus liberi arbitrij, quæ ſimul cum gratia operatur.

De 10. Cæcutit Melanchton, qui hoc dictum lacerat contra liberum arbitrium, cùm omnis homo videat Chriſtum velle, omnia eſſe ſubiecta prouidentiæ Dei.

Aſſer

Asserimus tractū patris per gratiā præ-
uenientem & cooperantē, sed acquiescere De 11.
tractioni, & nō indurare corda nostra, si vo
cē eius audierimus, hoc est liberi arbitrij.

Admittimus totum esse à Deo, non so- De 12.
lùm in optimis, sed etiā in omnibus crea-
turis, sed sicut per hoc causæ naturales
non excluduntur, ita nec in moralibus li-
berum arbitrium. Aliàs rotundè dixi, me-
ritum est totum à Deo, sed non totaliter,
hoc clarè intelligit bonus physicus.

Merita nostra sunt dona Dei, imò omnia De 13.
bona, quæ accepimus temporalia sunt do
na Dei, sicut Iob ait: sed per hoc non exclu
ditur actiuitas liberi arbitrij, sicut nec gi-
gnitio bouis, aut etiā fructificatio agri, &c.

Liberum arbitrium est tātum capax sa- De 14.
lutis, id est, gratiæ, ibi enim habet se purè
passiuè, id quod dictū est de gratia, hæreti-
cus Carolost. torquet ad opera meritoria.

Non sunt Pelagiani Ecclesiastici patres, De 15.
neq; scholastici, non enim negant peccatū
originale, non dicunt hominem ex puris
naturalibus saluari, sed constāter affirmant
gratiam necessariam. Imò oportet gra-
tiam præuenire operationē liberi arbitrij.
Et rectè asserit meritum congrui sicut de
Cornelio Centurione liquet, cuius elee- Act. 10
mosynas Deus respexit, & gratiam contu-

lit

lit Spiritus sancti. Non ergo sumus noui Pelagiani, sed hæreticus est antiquus stupidus stoicus, & Manichæi posthumus, Lutherus cum Carolostadio, Vrbano, & Billicano.

APPENDIX TILMANNI.

Scito ex præsentia Dei non posse concludi, omnia ex necessitate euenire, (id quod putant nonnulli indocti) & ita actus nostros esse necessarios, necessitate absoluta, quæ dicitur necessitas consequentis, sed bene necessitate conditionata, quæ dicitur necessitas consequentiæ, cum qua stat libertas arbitrij in humanis, sicut etiam rerum contingentia in contingentibus. Vide quæ Eckius scripsit in Carolostadium & in opere peculiari de libero arbitrio. Vide Cocleum, Alphontium à villa sancta.

DE ORATIONE ET HORIS CANONICIS.

XXXII.

Quia Lutherus docuit omnia fieri absoluta necessitate abstulit liberum arbitrium, plures eius sequaces contra expressas scripturas negant orandum esse, quia Christus pro nobis sufficienter oravit.

DISCIPVLI dixerunt ad Christum: Domine, doce nos orare. Et ait illis: Cùm oratis, dicite: Pater noster, &c. *Luc.* 11 *Mat.* 6

Et dimissa turba Iesus ascendit in montem solus orare. Ipse autem secedebat in desertum & orabat. *Mat.* 14 *Mar.* 6

Factum est autem illis diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. *Luc.* 5. 6

Et ascendit in montem vt oraret, & factum est dum oraret, species vultus eius altera. *Luc.* 9

Positis genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Et factus in agonia prolixius orabat. *Luc.* 22 *Mat.* 26 *Mar.* 14

Orate autē vt non fiat fuga vestra hyeme *Mar.* 24

me vel sabbato.

Matt.13 Videte, vigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit.

Mar.5 Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

Luc.18 Oportet semper orare, & non deficere.

Ibidem Deus non faciet vindictam electorum clamantium ad se die ac nocte.

Matt.26 Orate ne intretis in tentationem.

Act.4 Et cùm orassent, motus est locus in quo erant congregati.

Act.1 Et orantes dixerunt: Domine, qui nosti corda hominum, &c.

Ibid. Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione, cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius.

Act.13 Tunc ieiunantes & orantes, imponentésque eis manus dimiserunt illos.

Act. 14 Et cùm constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino. Quod ergo Apostoli auidè petierunt scire, Christus docuit & imperauit, ac facto impleuit, Discipuli quoq; & Christiani primitiuæ Ecclesiæ sedulò fecerunt, nullo pacto est à Christiano intermittẽdũ.

Mat.17 Hoc autem genus dæmoniorum non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium.

Mar.9 Quæcunque petieritis in oratione credent

dentes, accipietis.

Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in conspectu Dei. *Matt. 21*

Et Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. *Act. 10* *Act. 11*

Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus: vt adiuuetis in orationibus vestris pro me ad Deum. *Rom 15*

Quoniam & adhuc eripiet de periculis adiuuantibus vobis in oratione pro nobis. *2. Cor. 1*

Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestrę innotescant apud Deum. *Philip. 4*

Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione. *1. Thes. 1*

Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orãtes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Hinc inuocatur Maria in principio sermonis. *Coloss. 4*

Nos verò orationi & ministerio Christi instantes erimus. Nota, orationem præponit prædicationi. *Act. 6*

Dixit Esaias ad Ezechiam, præcipe domui tuę, morieris & non viues: qui orauit, dicens: *4. Reg. 20*

dicens: Obsecro Domine, memento quæ-
so, quomodo ambulauerim coram te in
veritate & corde perfecto, & quod pla-
citum est coram te fecerim, infrà. Hæc di-
cit Dominus Deus Dauid patris tui, audi-
ui orationem tuam, &c.

Eccles. 18 Non impediaris orare semper.

2. Par. 20 Iosaphat ait: Cùm ignoremus quid age-
re debeamus, hoc solùm habemus residui,
vt oculos nostros dirigamus ad te.

1. Cor. 13 Oramus Deum, vt nihil mali faciatis.

2. Thes. 3 Orate pro nobis, vt sermo decurrat, &
clarificetur.

1. Tim. 2 Obsecro primum omnium fieri obsecra
tiones, postulationes, gratiarum actiones,
pro omnibus hominibus, pro Regibus, &
omnibus qui in sublimitate constituti
sunt, vt quietam & tranquillam vitam a-
gamus in omni pietate. Hic mos à sancto
Paulo vsque in hunc diem seruatur in Ec-
clesia, vt in fine sermonis oretur pro sta-
tibus Ecclesiasticis & secularibus, pro pace,
pro viuis & mortuis, &c.

Volo viros orare in omni loco, leuãtes
puras manus sine ira & disceptatione. Ex
veteri ergo & nouo testamento liquet,
quàm vtile & necessarium sit orare, pro
omni bono contra omne malum.

1. Tim. 2 Paucos hos locos ex mille delegimus,

vide

vide psalmos.

Qui repugnant orationi Vuiclephitæ & Lutherani, assimilantur gygantibus cõtra Deum pugnantibus. Non exorauerũt pro peccatis suis antiqui Gygantes qui destructi sunt confidentes virtuti suæ. *Eccle.16*

Horas canonicas ab ecclesiasticis obseruandas ostenditur.

Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. *Psal.118*

Daniel ingressus est in domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat. Ecce stata orandi tempora. *Dan.6*

Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. *Act.3*

Ascendit Petrus in superiora vt oraret circa horam sextam. Ecce apostoli obseruarunt solitas orationis horas, apud Iudæos, & hos secuta ecclesia. *Act.10*

Moyses à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbathũ legitur, inquit sanctus Iacobus & hodie faciunt Iudæi: Ignominiosum foret ecclesiæ tacere canente synagoga. Tria capitula leguntur à Iudæis omni die. Exod. 13. in tribus partibus, & Deut. 9. Rabbi Moyses. Erubescat *Act.15* *R. Moyſ.*

Christianus qui non laudat Deum.

Eccle.3 Omnia tempus habent, & suis spaciis
1.Cor.14 transeunt vniuersa sub sole. Et cùm omnia in nobis honestè & secundùm ordinem fieri debere præcipit apostolus, cur laudes diuinæ non haberent suum tempus?

Iosue.6 In huius figura Hiericho corruit, quando sacerdotes septē buccinis circumierunt clangendo septies. Sic buccinis horarū Canonicarum, corruunt machinæ diaboli.

Continuus ritus orandi.1.pa.23 Nota, cantica ecclesiæ desumpta esse ex biblia, nō tamen secundùm translationem Hieronymi, qua iam vtimur, sed septuagin ta, vt liquet in introitu Lætare Hierusalē, quod confer cum ca.66. Esaiæ. Ibi lætamini Hierusalem. Sequitur igitur ista canonica fuisse in missa ante Hieronymum.

Cypria. Cyprianus testatur de expositione orationis dominicæ horas canonicas, etiam in veteri testamento obseruatas ex Daniele, sed nobis Christianis præter horas antiquitus obseruatas orandi nunc & spacia & sacramenta creuerunt. Sub lege erat hora tertia, sexta & nona, ecclesia addidit
Matt.5 matutinas, primam, vesperas, & completorium, vt sic iustitia nostra plus abundaret, quàm scribarum & pharisæorum. Mysteria horarum vide ibidem.

Institutæ sunt enim horæ ad laudandū Deum

Deum pro beneficiis ſuis, inter quæ maxima ſunt beneficium creationis ſeptem diebus expletum, Geneſis. 1. Et beneficium redemptionis ſeptem quodammodo horis peractum.

Iulianus Imperator apoſtata tranſtulit ritum pſallendi & horas canonicas ad paganos, vt honeſtas eccleſiæ non eſſet admirationi gentibus, teſtis Caſſiodorus in hiſtoria tripartita. *Caſſio.*

Hieronymus de virginitate ſeruanda ad Demetriadem. Præter pſalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, ſexta, nona, ad veſperam, media nocte & mane ſemper eſt exercendum, ſtatue, quot horis ſanctam ſcripturam ediſcere debeas. *Hieron.*

Idem in Epitaphio Paulæ de ordine monaſterij inquit. *Hieron.*

Mane, hora tertia, ſexta, nona, veſpere, noctis medio, per ordinem Pſalterium cantabant.

Baſilius de inſtitutione vitæ religioſorum, capite ſecundo. Horæ à ſanctis viris precibus ad Deum ac laudibus dicatæ, ſequendæ ſunt, ait enim magnus Dauid. Media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Rurſus ait. Veſpere & mane, & meridie. *Baſil. d. ſ. 91. cap. presbyt.* *Pſal. 118 & 54*

Chryſoſtomus homilia quinquageſima

nona. Matutinas orationes compleuerunt, infrà, Tertiam, ſextam, nonam, & veſpertinas orationes celebrant: cum pluribus ſimilibus.

Diſ. 9. l. c. presbyt. Agathenſe concilium, presbyter mane matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ, videlicet primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperámque perſoluat.

Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarii. Sine dubitatione faciẽdum eſt maximè id quod de ſcripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis & pſalmis canendis & ipſius domini & apoſtolorum habemus exempla. Hoc autem non fit niſi in horis canonicis.

DE MATVTINIS HORIS.

Pſal 118 MEdia nocte ſurgebam ad confitendum tibi.

Ibidem. Memor fui nocte nominis tui

Pſal. 133 domine.

& 6. 91 In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite domino.

Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ.

Bonum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime, ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Factum

Factũ est in noctis medio, percussit dominꝰ omne primogenitũ in terra Aegypti. *Exod.12*

Media nocte clamor factus est, ecce spõsus venit. Ecce media nocte Deus laudandus est, hæ enim sunt vigiliæ Christianorum & monachorum, ait Hieronymus. sic enim cladi Aegyptiorum non miscebimur, sed sponso venienti læti occurremus. *Matt.25* *Hieron.*

Præueni in maturitate & clamaui. *Psal.81.*

Christus dum media nocte orat in mõte Oliueti, à Iuda proditur, à Iudæis capitur. *Matt.26* *Ioan.18*

Media autẽ nocte Paulus & Sillas adorantes laudabant Deum: infrà. Subitò terræmotus factus est magnꝰ. Si ergo Dauid, prophetæ, Christus, apostoli media nocte orauerunt ad dominum: cur Lutherani pigri & sternutantes hæretici, irrident religiosos ad matutinas surgẽtes, quia vanum sit ante lucem surgere, quasi promiserit dominus coronam profundè dormentibus. *Act.16* *Ironia.*

Petrus media nocte liberatus de carcere Herodis. *Act.12*

Chrysostomus Constantinopoli contra Arrianam perfidiam, auxit in nocturnis, hymnis, orationes, author Cassiodorus libro 10. historiæ tripartitæ. cap. 8. *Chrysost.*

Tribus Leui iussa fuit specialiter seruare custodias noctis filiorum Israël, ante tabernaculũ testimonij. Specialiter ergo iam *Nume.3*

nona. Matutinas orationes compleuerunt, infrà, Tertiam, ſextam, nonam, & veſpertinas orationes celebrant: cum pluribus ſimilibus.

Diſ. 9. 1. c. presbyt. Agathenſe concilium, presbyter mane matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ, videlicet primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperámque perſoluat.

Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarij. Sine dubitatione faciẽdum eſt maximè id quod de ſcripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis & pſalmis canendis & ipſius domini & apoſtolorum habemus exempla. Hoc autem non fit niſi in horis canonicis.

DE MATVTINIS HORIS.

Pſal 118 MEdia nocte ſurgebam ad confitendum tibi.

Ibidem. Memor fui nocte nominis tui domine.

Pſal. 133 & 6. 91 In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite domino.

Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ.

Bonum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime, ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Factum

Factũ eſt in noctis medio, percuſſit dominꝰ omne primogenitũ in terra Aegypti. *Exod.12*

Media nocte clamor factus eſt, ecce ſpõſus venit. Ecce media nocte Deus laudandus eſt, hæ enim ſunt vigiliæ Chriſtianorum & monachorum, ait Hieronymus. ſic enim cladi Aegyptiorum non miſcebimur, ſed ſponſo venienti læti occurremus. *Matt.25* *Hieron.*

Præueni in maturitate & clamaui. *Pſal.81.*

Chriſtus dum media nocte orat in mõte Oliueti, à Iuda proditur, à Iudæis capitur. *Matt.26* *Ioan.18*

Media autẽ nocte Paulus & Sillas adorantes laudabant Deum: infrà. Subitò terræmotus factus eſt magnꝰ. Si ergo Dauid, prophetæ, Chriſtus, apoſtoli media nocte orauerunt ad dominum: cur Lutherani pigri & ſternutantes hæretici, irrident religioſos ad matutinas ſurgẽtes, quia vanum ſit ante lucem ſurgere, quaſi promiſerit dominus coronam profundè dormentibus. *Act.16* *Ironia.*

Petrus media nocte liberatus de carcere Herodis. *Act.12*

Chryſoſtomus Conſtantinopoli contra Arrianam perfidiam, auxit in nocturnis, hymnis, orationes, author Caſſiodorus libro 10. hiſtoriæ tripartitæ. cap. 8. *Chryſoſt.*

Tribus Leui iuſſa fuit ſpecialiter ſeruare cuſtodias noctis filiorum Iſraël, ante tabernaculũ teſtimonij. Specialiter ergo iam *Nume.3*

religiosi vigilent in matutinis, pro salute Christianæ plebis.

Abeat ergo Vigilantius, & Lethargici hæretici cum Lutheranis vigilias, & matutinas contemnentes.

DE NOCTVRNIS ET LAVDIBVS.

Philo. Eusebi.

INstitutio solennis officiandi sanct. Marco dicitur incepisse in Alexandria, quæ postmodum ad alias defluxit ecclesias, refert Philo Iudæus, renarrat Eusebius eos nouos composuisse hymnos, lib. .cap. 17. & de nocturnis officiis & psalmorũ lectione. Testis etiam Cassiodorus. Si ergo Marcus hoc ordinauit in Alexandria, profectò hoc à sanct. Petro habuit, sicut & suũ Euangeliũ: ideo Hiero. vocat eum interpretem.

Duodecim psalmos ordinatos fuisse testatur Cassianus, & totidem lectiones ex nouo & veteri testamento.

Concilium Laodicense noluit Psalmos continuari, sed lectiones interseri.

Hieron. Nocturni.

Sanctus Hieron. psalterium aptissimè diuisit, iussu Damasi, vt magna varietas orandi cessaret. Tres nocturni & laudes in vna vigilia

vigilia canuntur loco quatuor vigiliarum, cùm caro infirma sufferre non sufficeret continuam vigilandi obseruantiam. Laudes Deo persoluuntur, quòd cùm omnis creatura in laudem Dei soluatur, culpabilis esset homo rationis capax, qui id facere negligeret. Prophetiæ assumptæ sunt supra Psalmorum vsum, quòd omnes prophetiæ Christum scopum habuerunt, & Christus in synagoga aperuit & legit Esaiam. Euangelia quoque certa, certis diebus & festis fuerunt à tempore apostolorum accommodata, & annua obseruantia custodita. Augustinus in prologo super canonicam Ioannis, interposita est solennitas sanctorum dierum, quibus certas ex euangelio lectiones oportet in ecclesia recitare, quæ ita sunt annuæ vt aliæ esse non possint, ordo ille quem suscepera mus necessitate paululum intermissus est. *Laudes.* *Luc. 4*

Augustinus necessariũ ponit certa in festis legi euãgelia. Hæretici omnia confundũt euãgelia, omni die pro libito sumẽtes. *August.*

Libros Ionæ & Iob certo tempore legi astruxit Ambrosius, libro quinto Epistolarum, epistola. 33.

Concilium Aphricanum ca. 23. decreuit, liceat legi passiones martyrum, cum anniuersarij dies eorum celebrantur. *Ambr.*

DE HYMNIS ANTIPHONIS ET PSALLENDI VSV.

Matt.26 Thymno dicto exierũt in mon tem Oliueti.

Collo.3 Verbum Christi habitet in vo
Psal.99 bis abũdanter, in omni sapientia docentes & commonẽtes vosmetipsos in psalmis, hymnis, & cãticis spiritualibus, & gratia, cãtãtes in cordibus vestris domino.

Psal.99 Introite portas eius in confessione, atria eius, in hymnis confitemini illi.

Psal.64 Te decet hymnus Deus in Sion. Eru-
Psal.118 ctabunt labia mea hymnum, cùm docueris me iustificationes tuas.

2. Mach. 10 Quibus gestis, in hymnis & cõfessionibus benedicebant dominũ, qui magna fecit in Israël: Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mẽte. Psallite

1. Cor. 4 domino qui habitat in Sion, psallam no-
Psal. 9 mini tuo altissime, in psalmis per totum.

Psal. 46 Psallite Deo nostro psallite.

Impleamini spiritu sancto, loquẽtes vo-
Ephe. 5 bismetipsis in psalmis, & hymnis, & cãticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris. & cætera. Psalmus obsecratio

1. Tim. 2 nem, Antiphona postulationem, Collecta orationem, Hymnus gratiarũ actionẽ so-

nat,

nat, horũ enim quatuor meminit Paulus.

Alexandriæ ortus psallẽdi alternus modus vt supra, à Chrysostomo restitutus, per omnem ecclesiam receptus. *Supra.*

Concilium Toletanum dixit de hymnis canendis, & Iesu saluatoris, & apostolorum habemus exemplum. *De conse. Dist. 1 ca. de hymnis.*

Idem concilium Isidoro præside, Ne aliquibus nostra diuersitas apud carnales vel ignaros schismatis errorem videatur ostendere, & multis extet in scandalum varietas ecclesiarum. Vnus igitur ordo orandi atque psallendi à nobis per omnem Hispaniam atque Galitiam conseruetur.

Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Si quid per loca ecclesiarum regionúmque variatur, faciat quis, quod in ecclesia in quam venerit, inuenerit, non enim quicquam eorum contra fidem est, nec contra mores fit. Vide cùm est pulcher.

Varietas ecclesiarum in diuinis officiis, non impedit, sed ornat, quia astitit regina à dextris tuis, circundata varietate, modò non sit tanta varietas, vt videatur inducere errorem schismatis. *Psal. 44 Isaiæ 6*

Isidorus. Antiphonas græci alternis choris cecinerũt, velut duobus seraphim actestamentis inuicem sibi clamantibus. Sanctus Ambrosius Græcos imitatus, apud *Isidorus. Ambros.*

latinos Antiphonas instituit: testis tripartita historia.

Ignatius primus per visionẽ doctus angelorum antiphonas Antiochiæ instituit.

Apoc.4 Et quatuor animalia requiẽ non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus omnipotẽs. Ad angelorum imitationem ecclesia se exhortatur ad cantum in præfatione dicens. Cæli cælorũq; virtutes, ac beata Seraphin socia exultatione cõcelebrãt, cũ quib' &nostras voces, vt admitti iubeas deprecamur, supplici cõfessione dicẽtes. Sãctus, Sãctus.

Luther egregiè hic desipit. Cùm enim passim reiiciat constitutiones humanas, hic ne videatur totus pigritare, horas canonicas non reiicit omnino, sed pro suis apostatis & periuris, permittit, vt tres dun taxat psalmos pro matutino sumant officio, tres pro vespertino.

Paulus Corinthios, Ephesios, & Colossenses docuit cantum vocalem, in hymnis & psalmis.

OBIICIVNT HAERETICI.

Matt.7 Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum.

2 Si orationes valerent, tunc Deum necessitarent.

Matt.6 3 Si orationes essent vtiles, tunc alia bona opera

opera essent superflua.

4 Scit pater vester quid opus sit vobis ante quàm petatis eum, frustra ergo orât.

5 Ego Deus & non mutor, ergo oratione non flectitur. *Mala.3*

6 Orâtes nolite multũ loqui, sicut Ethni faciũt, putant enim quòd in multiloquio suo exaudiãtur. Ideo oratio nõ sit prolixa. *Matt.6*

7 Sacerdotes possent aliquid vtilius facere, quã murmurare tot psalmos, & quid melius & Deo placentius? Ita argumentantur aliquãdo tepidi auditores Theologiæ.

8 In Biblia horæ canonicæ non præcipiuntur clero.

9 Nihil est in ecclesia legẽdum, nisi verbũ Dei, in orationibus autem multa alia continentur, etiam fabulosa de sanctis.

RESPONDENT CATHOLICI.

Christus hic non prohibet orationem, sed hypocritã qui verbis orat Deum, non factis, excludit à regno cælorum, quales sunt hæretici factis Deum impugnantes. *De pri.*

Deus omnium rerum supremus arbiter, à nemine necessitatur, attamen piis orationibus fidelium pulsatus, gerit se per modum necessitatis velut ait Moysi oranti, Dimitte me, vt irascatur furor meus, quasi prohibitus petit se dimitti. *De sec. Exo.32*

Oportet illud facere (orare) & alia non *De ter.*

non negligere, adeo ieiunium non est superfluum nec elemosyna, vt subleuetur his oratio in cœlũ, velut pennis, Hierony.

De 4 Fatetur deum præscire, nec narramus vt ignoranti, sed rogamus vt potentem, subuenire. Oratione itaque id petimus, quod deus disposuit nos medio orationis esse consecuturos. Vult enim rogari deus, vt vilescat datum.

De 5 Deus oratione non mutatur per essentiam, sed effectus mutatur. Vnde oratio
21.q.4.c obtineri. stra non ordinatur ad immutationem diuinæ dispositionis, sed vt obtineatur nostri precibus, quod deus disposuit ante secula donare, vt dicit Greg. in lib dialogorum.

De 6 Non prohibetur multiloquium orationis simpliciter, sed sicut æthnici faciũt. Augustinus ad probam inquit. Multiloquiũ prohibetur, non prolixitas seu duratio. Nã multũ loqui, est rem superfluis agere verbis. Vnde patrum in Egypto breues, sed crebræ erant orationes. Prolixè orauit
Luc.22 Christus, Prolixè orauit Anna, & multipli
1.Reg.1 cauit preces, & Christus pernoctabat in
Luc.6 oratione. Et Rabanus in Matthęũ. Sicut hypocritarum est præbere se spectandos in oratione, quorũ fructus est placere hominibus, ita Ethnicorum, id est gentilium, in multiloquio suo se putare exaudiri. Et re

vera

vera omne multiloquium à gentibus venit, qui exercendæ linguæ potius quàm mundando animo dant operam. Et hoc nugatorij ſtudij, vel rogatorij genus, etiam ad prece deum flectendum tranſferre conantur, arbitrantes ſicut hominem iudicem, ita verbis deum abduci in ſententiam. Nolite itaque ſimiles eſſe illis, dicit vnus & verus magiſter. Hæc ille.

Iſti ſunt ſimiles Naaman, qui meliores iudicauit fluuios Damaſci omnibus aquis Iſraël, vt mundetur in eis, ſed propheta iubet, vt in Iordane lauetur, ſi velit ſanari, ita ſi melior ſit lectio vtriuſque teſtamenti, ſit ita, tamen in aqua lauandum eſt, vbi magiſtri eccleſiæ iubent, in ſeptem horis canonicis. Sic cæcus iuſſus adire natatoria, non dixit, melius eſt vt orem: noſtrum eſt obedire præceptis, non pro arbitrio noſtro potiora eligere. Maledictus qui facit opus Domini negligenter. *De 7* *4. Reg. 5*

In Biblia non præcipiuntur horæ canonicę, ſed inſinuantur, & eccleſia à ſacris magiſtris, id eſt apoſtolis, hoc accepit. Obedire autem oportet prępoſitis. Cõtendis horas debere eſſe liberas, verum ſunt liberę libertate Chriſtiana qua ſeruiendum eſt Deo, non autẽ libertate Machumetica, qua quiſque facit vel omittit ſecundùm deſideria praua. *Hie. 48 aliàs fraudulenter.* *De 8* *Heb. 13*

praua cordis sui.

De nene Contrarium fuit ostensum, etiam legendas sanctorum in officiis diuinis recitandas, similiter homiliæ patrum leguntur, & Collectæ orationum, in sacris literis expresè non continentur. Agones verò inuictorum martyrum non reiicimus more Lutherano, modò fideliter sint conscripti, nam & in Biblicis scriptis aliqui continentur, vt Stephani, Iacobi Pauli, &c. alij à magnis quandóque viris sunt perscripti.

Actu. 7

CORONIS.

Lutherani & Alij hæretici, explodentes ritum canendi, legendi, & orandi ecclesiasticum, atque iuxta vesana eorum capita, nouas cõficientes formulas cantandi, missandi, ac orandi, faciunt sicut Paulus Samosatæus hæreticus, qui Psalmos Christo dicatos cessare fecit, velut nuper inuentos. In semetipsum autem compositos in die paschæ in medio ecclesiç canere mulieres, maximè quas prius instituerat, faciebat. Sic modó faciunt stulti hæretici cum suis cantilenis, & porcinis ac caninis nouis vlulatibus.

Euseb. li. 7. cct. 8

DE

DE PLVRALITATE SACERDOTVM ET DECIMIS.

XXXIII.

***

HAERETICI CALVMNIANTVR *multitudinem seruorum Dei, sacerdotum & monachorum.*

***

SANCTIFICA Mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israël, tam de hominibus, quam iumentis, mea enim sunt omnia. Exo. 3

Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. Exo. 22

Primogenita quæ ad deum pertinent, nemo sanctificare poterit, & vouere. Leui. 27

Ego tuli Leuitas à filiis Israël pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israël, eruntque Leuitæ mei. Num. 3

Meum est omne primogenitum, ex quo percussi primogenita in terra Ægypti, sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israël. Ibidem

Tolles

Ibidem Tolles Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israël. Ecce in lege naturæ omnes primogeniti gaudebant priuilegio sacerdotij, & in lege scripta, loco primogenitorum succesit tota tribus Leui. Nunc non sunt tot sacerdotes & monachi quot sunt primogeniti.

Gen.25 Dixit Iacob ad Esau: Vende mihi primogenita tua: Infra, Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. In lege naturæ, primogenitura erat magna, quia primogenitus accepit benedictionem à patre (& erat loco consecrationis) habebat potestatem benedicendi, vestem item specialem in qua offerebat, duplam portionem habebat in hæreditate & ferculis, Cesserũt ista omnia sacerdotio Aaronis primo, dein sacerdotio nostro, dempto eo quòd sacerdotes non accipiunt duplam portionem hæreditatis, quia simpla eis inuitè redditur iam à laicis, vel omnino negatur.

Num.3 Omnes Leuitæ numerati à Moyse in genere masculino à mẽse vno & supra fuerũt viginti duo milia. Et infrà. Recensuit Moyses primogenitos filiorum Israël, & fuerũt masculi a mense vno & supra viginti duo milia, ducenti 73. infrà. Locutus est dominus: Ego sum dominus. In precio ducentorum septuaginta trium, qui excedunt numer-

merum leuitarum, de primogenitis filiorum Israël, accipies quinque siclos per singula capita, dabisque pecuniam Aaron & filiis eius, precium eorum qui supra sunt. Pondera primogenitos redemptos pecunia, hunc nemo miretur, si hodie in ecclsia similes redemptiones fiunt, puta vt lacte vescaris in ieiunio contribuas ad hanc fabricam, est enim commutatio vnius boni in aliud. Cessat ergo rudium argumentum, si est permissum vel iustum cum pecunia, ergo etiam sine pecunia. Hodie talis pecunia datur communiter pauperib. vel ecclesiis, quomodo clamarēt Laici, si daretur clero, sicut iussit hic deus per Moysem.

Numerati sunt Leuitæ à viginti annis & supra, & inuenta sunt triginta octo millia virorum. Distribuuntur ibidem in cantores, ianitores, præpositos, iudices, & in plures sortes & classes, Cùm autē tan[illegible]rua fuerit Iudæa, vt lōgitudo fuerit iter tridui De latitudine inquit Hieronymus in epistola ad Dardanum, pudet dicere. Erubescat Christianus indeuotus, qui cōtra multitudinem religiosorum conqueritur, cum multò maior numerus seruientiū Deo fuerit in lege Mosaica. Nam cùm populus Israël fuerit, mille millia, & centum millia virorum educētium gladium (Ita numerauit

1. Pa. 23
Ibi c. 24
25. 26
Hieron.
2. Re. 24
1. Pa. 21

Ioab Israël) sequitur numerum Deo seruientium, fuisse ferme 28. eius partem. Vnde volentes minui clerum sunt Pharaones, qui populum Hebræum seruientem Deo voluit minuere.

DE DECIMIS ET ALIIS OBVENTIONIBUS. TRICESIMUS TERTIUS.

Exo. 22 DEcimas & primitias non tardabis offerre.

Exo. 23 Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Dñi Dei tui

Deut. 18 Hoc erit iudicium sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas, dabunt sacerdoti armum & ventriculum, primitias frumenti, vini & olei, lanarum partem ex tonsione ouium.

Num. 3 Omnesque primitiæ, quas offerunt filij Israël ad sacerdotem pertinent, & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.

Psal. 97 Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, hi tamen fuerunt supremi duces populi ex Ægypto.

Hieron. propter Augu. Samuel sacerdos secundùm Bedam, aut ad minus Leuita, teste Hierony. lib. 1. contra Iouinianũ, fuit enim de tribu Leui. eodem

dem teste.in.1.Reg.15.is tamen fuit supremus iudex Iudæorum.

Tribus regalis Iuda & sacerdotalis connubia contrahebant, hinc Elizabet mater sancti Ioannis, vxor Zachariæ sacerdotis, cognata fuit Mariæ. 1.*Reg.*7 Luc.1

Sadoch sacerdos vnxit Salomonem regem, Samuel Saulem & Dauidem, non minorum quòd hodie imperator à papa, Reges ab archiepiscopis vnguntur: sic enim fieri debet, non ab episcopis. 3.*Reg.*1 1.*Re* 10 1.*Re.*16

Ioiada pontifex fecit regnare, & vnxit Ioas regem, vxor loadę fuit Iosabeth soror regis Ochoziæ. 4.*Re.*11 2.*Pa.*22 2.*par.*26

Azarias pontifex restitit Oziæ regi inuadenti officium sacerdotale, qui lepra percussus fuit.

Ezechias præcepit populo in Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. 2.*par.*31

Iosue pontifex templum restituit post captiuitatem Babylonicam. 1.*Esd.*3.5

Esdras Leuita à rege Artaxerxe aurum & argentum obtinuit pro templo, & licentiam abeundi Iudæis obtinuit. 1.*Esd.*7

Cognoui (Neemias) quia partes Leuitarum nō fuissent eis datę: & fugissent vnusquisq; in regionē suam, & egi causam aduersus magistratus, & dixi, quare dere- *Nec.*13

liquimus domum Dei? & congregaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis, & omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea. Hic populus propter famem ortam recuſauit dare decimas Leuitis, ideo cogebantur recedere de templo. Sic faciunt mali laici, dicentes cur dabo ſacerdoti? ego egeo pro me & pueris.

Machabæi fortiſſimi fuerunt ſacerdotes & duces bellorum.

1. *Mac.* 2 Decimas Deus ſibi reſeruauit debitas in ſignum vniuerſalis dominij. Geneſis 4. Exod. 22. Leuit. 27. Deuter. 12. & 26. Tobiæ primo.

Deu. 14 Decimam partem ſeparabis de cunctis frugibus tuis &c. vt diſcas timere dominum deum tuum in omni tempore. Ergo impij ſunt, non timentes deum, qui non dant decimas debitas.

Leu. 27 Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus ſiue de pomis arborum, domini ſunt. Omnium decimarum bouis, & ouis, & caput quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quicquid decimum venerit ſanctificabitur Domino, non eligetur nec bonum, nec malum. Ecce minutas decimas, ſed pro intelligentia vltimi.

Num. 18 Omnia quę offeretis ex decimis & in donaria domini ſeparabitis, optima & electa

erunt

erunt cuncta, & non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia vobis & pinguia reseruantes, ne forte polluatis oblationes filiorũ Israël, & moriamini: En pœna mortis manet eos qui studiosè deteriora dant.

Si affligit homo Deum, quia vos configitis me, & dixistis: In quo configimus te? in decimis & primitiis. En non dans decimas assimilatur crucifixoribus Christi, & Deo iniuriam facit non solùm sacerdotibus, Hieron. *Malac.3*

Et in penuria vos maledicti estis. Ecce pœna eorum qui non dant decimas, vel infideliter, hinc venit omnium rerum inopia, attende tempora nostra, vbi omnia sunt cara. *Ibid.*

Augustinus. Cùm decimas dando, cæleſtia & terrena possis promereri, pro auaritia tua, duplici benedictione fraudaris, hæc est domini iustissimi consuetudo, vt si tu illi decimã non dederis, tu ad decimam reuoceris, dabis impio militi quod nõ vis dare sacerdoti. 16.q.1.ca.decimæ. *Augu.*

Augustinus decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerunt, res alienas inuadunt.

Dignus est operarius mercede sua. *Luc.* 10

Quis militat vnquã propriis stipendiis? 1. *Cor.* 9

Non alligabis os boui trituranti. *Deut.* 25

1.Cor.9 Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus.

Ibid. Et qui altario deſeruiunt cum altario participant.

1.Cor.16 De Collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in eccleſia Galatiæ, ita & vos facite per vnam ſabbati. Collectæ iſtæ fiebant in vſum pauperum Hieroſolymis & prædicatorum: & hodie Chriſtiani in Græcia ſub Turca nutriunt patriarcham & clerum ex collectis, vnde à colligendo oratio in miſſa collecta dicitur, licet & aliæ ſint rationes myſticæ.

Poſtea quàm Reges & principes ſubmiſerunt colla fidei, & inclinarunt ceruices ſigno crucis, donationes & dotationes beneficiorum in locum collectarum ſucceſſerunt.

Syluester papa.12.q.1.ca.Futuram. futuram eccleſiam in gentibus apoſtoli præuidebant, idcirco prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed precia tãtum modo ad fouendos egenos, meminit poſtea donationis Conſtantini, de qua 96. diſtinctione Conſtantinus, & quomodo viri religioſi inceperunt poſſidere prædia, adſcribitur Melchi. Melchiadi canon, in vetuſtis eſt Syluestri.

Ioan.13 Quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas, quod dixit ei Ieſus, eme ea quæ

quæ nobis opus sunt ad diem festum, &c. Augustinus ibidem. Habebat ergo & Dominus loculos, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat, tũc primùm ecclesiasticæ pecunię forma est instituta, vbi intelligeremus quod præcepit non cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur. *August.* *Plato & alij.*

Augustinus de sermone Domini in monte. Docuit Christus exemplo suo neminem scandalizari, si eius serui necessaria sibi procurent.

Sanctus Vrbanus primus martyr instituit ante Syluestrum, vt ecclesia prædia ac fundos à fidelibus oblatos reciperet.

Auxerunt hoc martyres sequentes, Pontianus, Antherus Fabianus, Cornelius, &c. vsque ad Syluestrum.

Cassiodorus lib. 6. tripartitæ historiæ. Constantinus Imperator disponens res clericorum, vnicuique ciuitati prospexit, vt clerus sufficientia emolumenta perciperet, & hoc lege firmauit.

Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus. *Mala. 3*

Si non aperuero vobis cataractas cæli,

& effudero vobis benedictionem vsq; ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro. Stulti laici timent ne minus habeant, si decimas & oblationes præstent.

August. Augustinus. Antiqui patres ideo omnibus copiis abundabant, quia decimas dabant. Ergo timendũ est eos nõ prosperari, quia religiosis etiam mendicitatem inuident, & fratribus certum numerũ præscribunt, ignorãtes synagogæ largitatem, quæ tot millia leuitarũ in singulos dies alebat.

August. Augustinus. Si decimam dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis & animæ consequeris, non enim Deus præmium postulat, sed honorem.

Hinc ditissimi fuerunt principes & nobiles Germaniæ, quando abundanter dabant ecclesiis, & monasteriis. Iam omniũ rerum egestas est apud plebẽ & principes. Maior fuit olim abbatum Augiæ maioris. scilicet Galli & Cambonduni splendor, quàm iam sit trium Episcoporũ. Carolus magnus anno Dñi octingentesimo decimo tertio villã regalem Vlmam cum omnibus iuribus & appẽdicis & locis adiacentibus monasterio Augiæ maioris tradidit.

Caro

Carolus factus est magnus, quòd in dotando Ecclesias magnum secutus est Constantinum, qui felix ob tuitionem Ecclesię dictus est ab Augustino, lib. 2. contra Petilianum, cap. 95. & ab Ambrosio, lib. Epistolarum 5. de obitu Theodosij Imperatoris. Caueant principes ne spoliando clerum, malint imitari impium Iulianũ Imperatorem apostatam, quàm Christianissimos principes Constantinum, Theodosium, Carolum magnum, sanctum Henricum. *Carolus. August. Ambr.*

Cassiodorus lib. 6. tripartitæ historiæ. Iulianus clericis omnia priuilegia, honores cõsuetudinésq; subtraxit, & leges propositas pro eis soluit: & rursus: Omnes possessiones atq; pecunias Cæsarienſium Ecclesiarum, cũ verberibus exquirens, ad medium iussit afferri. Móxq; eis trecentas auri libras, in ærario publico collocauit. Et post multa interea iubẽtur vasa Ecclesiarum sacra, fisci ærario deputari, sublatísq; ianuis maioris Ecclesiæ sit cunctis accessibile sanctuarium. De Iuliano cõstat quod anno 32. ætatis mortuus est, & imperauit anno duntaxat vno mensibus septem. *Cassiod.*

Satellitum suorum pœnas, Iuliani, Felicis, Heluidij, Cassiodorus vbi supra prosequitur. *Cassiod.*

Heliodorus cùm templum Hierosoly- *1. Mac. 1*

mis opulẽtiſſimũ ſpoliare vellet, miraculõ multis plagis & flagris afficitur, orante tamen pro eo Onia ſacerdote, reſtituitur.

1. *Mac.* 1 Antiochus aſcendit in Hieruſalem, cum multitudine graui, & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis & libatoria, phialas, mortariola aurea, velũ, coronas, & ornamentum aureũ quod in facie templi erat, & comminuit omnia, & accepit aurum & vaſa concupiſcibilia, & accepit theſauros occultos quos inuenit, & ſublatis omnibus abiit in terrã ſuam, & fecit cædem hominũ, & locutus eſt in ſuperbia magna, & factus eſt planctus magnus in Iſraël, & in omni loco eorum, & ingemuerunt principes & ſeniores, & iuuenes, & virgines infirmati ſunt, & ſpecioſitas mulierum immutata eſt. Omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali lugebãt, & commota eſt terra ſuper habitãtes in ea: & vniuerſa domus Iacob induit confuſionẽ. De exitu ſuo ſcri-

2. *Mac.* 9 bitur. Contigit illũ euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari, ita vt vermes de corpore eius ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes efflluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus

citus grauaretur, cùm nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, infrà: In mõte miserabili obitu vita functus est.

Alchimus volens destruere templum, dissolutus est paralysi, nec vltra potuit loqui verbum, & mortuus est illo tempore cum tormento magno. 1. Mac. 9

Nicanor cũ triginta quinque millibus occisus est, caput eius cũ manu nepharia, quam extenderat cõtra domum sanctam omnipotentis Dei, abscissa, contra templum suspensa sunt, & lingua eius particulatim diuisa, auibus data est. 2. Mac. vltimo.

Baltazar bibens in vasis templi eadem nocte interfectus est, & Darius Medus successit in regnum. Dan. 5

Thomas Cantuarienſis pro iuribus & prædiis Ecclesiæ suæ occiditur, fratribus missam pro defunctis apparentibus, angeli astant & intonant lætanter. Lætabitur iustus, &c. Caueant igitur principes cõsiliarios, qui pro vtilitate regni & tuitione dominij consulunt (propter extremam necessitatem) Ecclesias spoliari.

Sichemitæ dederunt septuaginta pondo argenti de fano Baal, Berit, Abimelech, qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, hoc fecit vt principatũ obtineret, Sed mulier iaciens fragmentũ molæ, illisit Iudi. 9

illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.

4. *Reg.* 17 Achaz Rex collegit argentum, & aurum quod inuenire potuit in domo Domini, & in theſauris Regis, & miſit Regi Aſſyriorum, vt eum ſaluaret de manu Regis Syriæ, & Regis Iſraël. Hoc fecit impius Rex, idololatra, non contentus præſidio Dei ſibi ab Iſaia promiſſo.

Eſa. 4 Boni igitur principis officium fuerit, clerum amare & defendere, priuilegia conceſſa ſeruare integra, ac eccleſiis & eccleſiaſticis ſua bona relinquere. Hæreſes verò & hæreticos quàm remotiſſimè à finibus ſuis coërcere, in quo & ſibi & ſubditis pacem & tranquillitatem parabit, & vitam cum Chriſtianiſſimis veteribus principibus merebitur æternam.

*

DE

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, ET ORNATV EARVM.

XXXIIII.

ECclesiam Dei contemnunt hæretici, & ornamentum eius auferunt: Anabaptistæ omnino nullas habere volunt: resuscitant hæresim Massilianorum, quorũ meminit Augustin. in sermone contra Arrianos, Sagarelli & Vuiklephistæ hunc secuti sunt errorem, contra scripturas expressas.

Ait Iacob: Verè Dñs est in loco isto, & ego nesciebã. terribilis est locus iste, nõ est hîc aliud, nisi domus Dei, & porta cæli, & vocauit nomẽ loci Bethel, id est, dom⁹ dei. *Gen. 28*

Non poteris immolare phase in qualibet vrbium tuarũ, sed in loco quẽ elegerit dñs Deus tuus, vt inhabitet nomen eius ibi. *Deut. 16*

Dauid fatetur: Factus est sermo domini ad me, dicens: Multũ sanguinẽ effudisti, & plurima bella bellasti: nõ poteris ædificare domũ nomini meo, tanto effuso sanguine corã me: filius q nascetur tibi, erit quietissimus: ipse ædificabit domũ nomini meo. *1. Par. 17*

Vide quanta cura Deus prouidit templi

ædifi

ædificationem, quam non voluit fieri à bellatore, ſed à pacifico Salomone.

2.*Reg.*7 Dixit Deus: Ambulabam in tabernaculo & in tentorio per cuncta loca, quæ tranſiui cum filiis Iſraël. Ecce qui eſt vbique, ambulauit in tabernaculo.

3.*Reg.*5 Salomon ædificauit templum, miſit per ſingulos menſes decem millia virorum in Libanum, qui cederent ligna, ſeptuaginta millia, qui onera portabant, & octo millia latomorum: præpoſitorum operis tria millia trecenta.

3.*Reg.*6 Domum ante oraculum operuit auro puriſſimo, & affixit laminas clauis aureis: nihilq; erat in templo, quod nõ tegeretur auro, ſed & totũ altare oraculi texit auro,

3.*Reg.*7 infrà, texit Cherubin auro, infrà: Pauimentum domus texit auro intrinſecus: fecit Salomon omnia vaſa in domo Domini, altare aureũ, & menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis auream, & candelabra aurea quinq; ad dexteram, & quinq; ad ſiniſtrã ex auro puro, lucernas aureas, forcipes aureas, & hydrias, & fuſcinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro puriſſimo, cardines oſtiorũ erant ex auro.

3.*Reg.*8 Dominus dixit, vt habitaret in nebula: Aedificans ædificaui domum, & habitaculum tuum firmiſſimum, inquit Salomon.

Salom.

Salomon ait: Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine, ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. 2. Par. 6

Deus magis propitius & citius exaudit orationes in loco sacro, quàm extra.

Gabaonitæ iussu Iosuæ facti sunt cæsores lignorum in vsum templi. Ibi perpetuum.

Cùm veniset Rex Dauid, & sedisset coram Domino, id est, arca. Vides præsentiorem vni loco, quàm alij, quia in arca erat sacratior locus. 1. Par. 17

Daniel quando non poterat orare in templo, quia erat in captiuitate Babylonica, orauit tamen ter in die, facie versus ad templum in Hierusalem. Dan. 6

Cyrus Rex qui gessit personam Christi, dedit licentiam reædificandi templum Iudæorum: Darius concessum à Cyro confirmauit, & Iudæi ædificauerunt, & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi & Zachariæ. 1. Esdr. 1. 1. Esdr. 6

Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus Deus. Quod Christus cõfirmat de templo materiali dictum, vnde eiecit vendentes: Vos autem, inquit, fecistis eã speluncam latronum. Sic multi gubernatores faciunt ex Ecclesiis speluncas hæreticorum. Isa. 56. Mat. 21

Homo

Matt.21 Homo plantauit vineam, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis. Vinea fuit Iudæorum synagoga, turris templum, sed quia filium occiderunt, fuit vinea locata
Hebr.7 aliis agricolis, Christianis: Et sicut sacerdotium fuit transferendum, ita & templum in ecclesia Christianorum.

Luc.7 Iudæi dixerunt Christo super Centurione: Diligit gentem nostram: & synagogam ipse ædificauit nobis. Christo placuit ædificatio synagogæ, quomodo ei non pla
Act.3 ceret ædificatio ecclesię? Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam oratio nis nonam. Vide vt Apostoli in veteri tẽplo orarint, cùm nondum ecclesias haberent Christiani. August. lib. 3. de doctrina Christiana.

1. Cor. 1 Obiurgauit sanctus Paulus Christianos, qui cœnis & conuiuiis ecclesias confundebant: vnde possumus dicere hæreticis quod Paulus illis temerãtibus: An Ecclesiam Dei contemnitis?

Act. 14 Tempore Apostolorũ cœptæ ædificari ecclesiæ. Sic Paulus & Barnabas constituerunt per singulas ecclesias presbyteros, in quibus Paulus præcepit mulieres tacere.

1. Cor. 14 Intrans infidelis vel idiota in ecclesiam,
cadens in faciem adorabit Deum, pronun
Ibid. tians quòd verè Deus in vobis sit.

Sanct

Sanctus Ioannes moriturus iussit se ferri in ecclesiã. Hieron. super epist. ad Galat.

Sancta Paula vidit Cornelij domũ quæ facta fuerat ecclesia, & similiter ædiculas Philippi, & cubiculum quatuor virginum, meminit Hiero. in vita S. Paulæ. *Act. 10*

Multis locis testatur Augustinus, ædificare ecclesias esse actum latriæ, quem soli Deo debet fides grata fidelium, quare sanctis non ædificantur, nec cõsecrantur templa, sed Deo, in memoriam & veneratione sanctorum, libro vicesimo cõtra Faustum, & libro vicesimosecundo de ciuitate Dei, contra Maximum, & plerisque aliis locis. *Act. 21 August.*

Cautiones sunt episcopi, altaria & templa consecrantes, qui in titulis inscriptionis semper Deum præmittunt, honorem sanctorum dehinc nectentes. Actus enim latriæ, seruitus est soli Deo debita, non sanctis, licet in ecclesiis & altaribus sanctos quoque veneremur, & eorum celebremus natales ad memoriam. Qui Christianas literas vtriusque testamenti sciunt, non hoc culpant in sacrilegis ritibus paganorum, quòd construunt templa, & sacerdotia instituunt, & faciunt sacrificia, sed quia hæc idolis, & dæmoniis exhibent. Ad Deo gratias quæstione secunda. *August.*

Per ecclesiarum fabricas & quoslibet ne- *August.*

cessarios vsus, dæmones ab his pelluntur, quos prius vt proprios possidebant de concordia euangeliorum.

Templum synagogæ fuit ornatissimum.

Exod. 25 Ab omni homine, qui offert vltroneas accipietis, infrà. Aurum & argentum & æs, hyacinthum & purpuram, coccúmque bis tinctum, &c. oleum ad luminaria, aromata in vnguentum, thymiamata boni odoris, lapides onychinos, & gemmas: infrà. Archa fuit deaurata intus, & foris de auro purissimo. Vectes superducti auro in quatuor circulis aureis: propitia-
Exod. 26 torium de auro purissimo, Cherubin aureos, mensa deaurata, cum labio aureo, & quatnor circulis aureis, acetabula, phialæ, thuribula, & cyathi de auro purissimo: candelabrum de auro purissimo, & emunctoria, cortinæ tabernaculi de byssо, hiacyntho, purpura ac cocco bis tincto, cum quinquaginta ansulis & circulis aureis: Ipsas tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, &c. Vide alia in textu.

Exod. 28 Facient super humerale de auro, hiacyntho, & purpura, opere polymito. Sumes duos lapides onychinos, inclusos auro, cælatura gemmarū sculpes eos, & facies vncinos

cinos ex auro:& duas catenulas auri puriſſimi,&c.In rationali pones quatuor ordines lapidum,ſardium, topazium, ſmaragdum, carbunculum,ſaphirum, iaſpidē,ligurium,achatem,amethyſtum,chryſolitū, onychinum, & berillum:facies in rationali duas catenas aureas, & duos annulos aureos:tyntinabula item aurea in tunica: laminam auream in vita hiacynthina.

Dabunt ſinguli filij Iſraël precium pro animabus ſuis, dimidium ſcilicet ſicli ſanctuarij. *Exod.* 30

Ad hæc omnia ſuperiora & multò plura perficienda,Deus impleuit Beſeleel ſpiritu Dei ſapientia, ſcientia,& intelligentia in omni opere, quicquid fabrefieri poterat in auro, argento,& marmore,& gemmis,deditque eis ſocium Ooliab. *Exod.* 31

Omnia ſuperius præcepta executus eſt populus, & obtulerunt mente deuota atque promptiſſima primitias domino, &c. Omne vas aureum in donaria domini ſeparatum eſt, vt dicerent artifices Moyſi: Plus offert populus quàm neceſſarium eſt, vnde prohibitus fuit populus plus offerre. *Exod.* 35 *Exod.* 36

A éque precioſa fecit Salomon.

Principes Iſraël obtulerunt in dedicatione tabernaculi acetabula argentea duo- *3. Reg.* 6 *Nume.* 7

decim,phialas argenteas duodecim, mortariola aurea duodecim,habebāt duo millia siclorum & quadringentos de argento, & de auro siclos centum & viginti, boues duodecim,arietes duodecim,agnos 12.pacifica boues. 24. arietes.60. hircos. 60. agnos.60.oblationes quotidianæ, sabbatariæ in kalendis in Pas.in Pentec.in festo tu barū,expiationis,tabernaculorū per 8.dies numerantur accuratè per Moysen.

Num. 28. 29

1.Esd.5 Cyrus rex vasa aurea ablata per Nabuchodo.restituit.

1.Esd. 6 Darius rex ꝓuidit de impēsis oblationū.

1.Esdr.7 Artaxerxes rex similiter, & permisit, vt Esdras colligeret ex vniuersa prouincia Babylonis, vt populus daret, quod vellet ad portandum in Hierusalem. Sic ergo per se non visitantes S. Iacobum possunt mittere donaria,sic de aliis locis sacris.

1.Esdr.8 Esdr. appendit in manus sacerdotum aurum & argentum, & vasa, quæ obtulerat rex & cōsiliarij eius, & principes eius, & vniuersus Israël, eorum qui inuenti fuerant. Et appendit auri talenta centum,crateres aureos viginti, Argenti talenta sexcenta quinquaginta.

Statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annū ad opus domus Dei nostri,ad panes propositionis,

& ad ſacrificium ſempiternum.

Diues templũ nõ dãnatur accipere etiã à paupere vidua, ornatus ſui incrementa. *Eccl. 35*

Chriſtianiſſimi principes immenſas fecerunt ſacroſanctis eccleſiis donationes & largitiones ampliſſimas, & vt vaſa ſacra excepta redemptione captiuorum, nullo pacto diſtrahantur aut impignorentur, ſtatuit Imperator. Conſtantinus magnus eccleſiam Lateranenſem extruxit. *Luc. 12. l. ſanci. C. de ſacr. ſan. eccl. l. iubemus. §. ſcientes. eod. tit.*

Et quòd patrimonium eccleſiæ permaneat illæſum.

Hæretici non lætantur in corporali eccleſia, quia ſunt hoſtes ſpiritalis eccleſiæ.

Hæretici faciunt ſicut Iudæi, quibus difficile erat dare inaures ad ornatum Dei, tamen promptè dederunt ad vitulum aureum. Ita regentes hæretici conqueruntur de impenſis templi & ſacerdotum catholicorum, ſed quòd dant ampla ſtipendia peruerſis vitulis hæreticorum & ſeductoribus, in hoc ſunt prompti. *Exod. 32*

Hæretici eccleſias damnant, ſed cryptas & ſpelũcas amãt, vt Hieronymus pulchrè inducit in Abacuc, & Ambroſius multa ſuper Paulo ad Eph. 5. & ſuper Lucam lib. 5. Hoc experti ſumus in catabaptiſtis. *Hieron. Ambroſ. Matt. 23*

Verificatur in hęreticis illud Chriſti. Ecce relinquetur vobis domus deſerta. Eccle-

sia enim deserta, ipsi quærunt speluncas.

Matt. 24 Si dixerint vobis, Christus in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere. Ita Anabaptistæ iam sæpe conuenerunt in nemoribus & priuatis conuēticulis, quærentes Christum, vbi non est.

Faustus hæreticus negauit sensibilia tēpla, altaria, incensa, simulachra & sacrificia, ea sola posuit in cælestibus. Augustinus libro vicesimo contra eundem, huius infelices hæredes sunt hæretici nostri temporis.

August.

Donatistæ quoque combusserunt ecclesias Christianorum. Augustinus ad Bonifacium comitem. Vide quos duces sequantur hæretici, Donatistas, Manichæos, Sagarellos, Massilianos, Vuilklephistas, Hussitas, Pikardos, & si quid est his deterius.

OBIICIVNT HAERETICI *incendiarij & sacrilegi.*

Act. 7 1 Stephanus dicit, Excelsus non habitat in manu factis.

Act. 17 2 Paulus ait ad Athenienses. Hic cæli & terræ cū sit dominus, nō in manu factis habitat tēplis, nec manibus colitur humanis.

3 Deus est in omni loco, neq; ostenditur locus, in quo Deus sit propriè præsens, sed vbiq; suos exaudit precatores. itaq; ecclesiæ ni

siæ nihil conferunt.

4 Paulus ait: Volo viros orare in omni lo- 1. Tim. 2
co, leuantes puras manus.

5 Christus dixit de templo, Amen dico Matth. 24
vobis, non relinquetur hic lapis supra lapidem qui non destruatur.

6 Veri adorantes adorabunt patrem in Ioan. 4
spiritu & veritate.

7 Hierem. inquit. Nolite confidere in ver Hier. 7
bis mendacij, dicentes templum domini templum domini est, vbi Hierony. Nolite habere fiduciam in ædificiorum splendore, auratisque laquearibus.

8 Hierony. ad Nepotianum. Nunc paupertatem domus suę pauper dominus dedicauit, cõtra diuitias templi Salomonici.

9 Persius inquit. At vos dicite pontifices, in sancto quid facit aurum? Nempe quod Veneri donatæ à virgine Pupæ.

RESPONDENT FIDELES *ecclesiæ ministri.*

Deus non est in templis, vti pagani æsti- De pri.
mabant, non enim habitat Deus in templo, ibi circũscriptus per essentiam, sed ibi habitat per abũdatiorẽ gratiã. Salomõ do 1. Reg. 8
cet hanc solutionẽ. Ergo nec credibile est, vt habitet Deus cũ hominibus super terrã. Si cælum & cæli cælorum non te capiunt,

quantò magis domus ista quam ædificaui? Sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui, &c.

De secun. Similiter, nisi quòd hæreticus truncatim allegat verba Pauli, nec manibus colitur humanis, indigens aliquo. Nõ ergo colitur Deus à nobis, vt ope nostra egeat.

De ter. Ista fuit ratio impij seductoris, & idololatræ regis Hieroboam, vt Iosephus testatur. Deus est vbique, sed in vno loco vult
lib. 8. c. 12 orari & honorari plus quàm in alio, vnde falsò Hieroboam eis persuasit, ne longo
3. Eccl. 12 itinere fatigati orarent. Quod nostri etiam hæretici dicunt contra peregrinationes ad limina sanctorum, quare hæretici nostri sunt Hieroboitæ, sicut ille noluit Iudæos ascendere in Hierusalem.

De. 4 In omni loco, scilicet competenti, orandum est. Ambrosius, hoc dixit, quia alioqui falsò existimabant extra ecclesiam non orandum.

De quin. Rectè templũ Iudæorum erat destruendũ, sed sicut eorũ sacerdotio successit sacerdotiũ euangelicum, ita & eorum templo successerunt nostræ ecclesiæ, sacrificia, &c.

De sex. Veri adoratores in ecclesiis adorant patrem in spiritu & veritate, nam quid repugnaret ecclesiæ, quod non repugnaret nemori, aut spurcis antris hæretic.

Hiere

Hieremias ibi expresse testatur locum à Deo electum. Inquit enim. Et habitabo vobiscum in loco isto. Et vult sanctitatem templi non prodesse, quando non faciant bonas vias. Additum Hieronymi, qui etiam seipsum declarat, de splendore peruersorum dogmatum. *De septi.* *Hier. 7*

Hierony. bene taxat ornatum ecclesiæ, neglectis pauperibus, nam ornare ecclesias ipsas reputat laudabile, & ob hoc laudat Nepotianum. Erat sollicitus, si niteret altare, pauimenta forent tersa, si vasa lucentia, & in omnes ceremonias pia solicitudo disposita. Comparat eum deinde Beseleel & Hiram. *De 8.*

Egregiè adducitur Pers. Cum hæretici ex nobis claras postulent scripturas, ipsi etiam poetas ethnicos nobis obtrudunt, vti Luth. patriarcha hæreticorũ fecit, quãdo voluit probare omnia euenire de absoluta necessitate, adduxit poetã. Certa stant omnia lege. Tam validis præsidiis sua muniunt hæretici. Persium nos non recipiamus, quoniam Deum non nouit. Et ipse nesciet eum, cum omnibus hæreticis anathemate percussis. *De no.* *Luther.*

DE CHARACTERE.

XXXV.

REDIT ecclesia & fideles in tribus sacramẽtis imprimi animæ quoddam signaculũ, quod character nominatur, scilicet in baptismo, confirmatione, & ordine.

Ephe.4 Nolite contristare spiritũ sanctũ, in quo signati estis in die redemptionis vestræ.

In quo & vos, cùm audissetis verbum *Ephe.1* veritatis, Euangelium salutis vestræ, in quo & credentes signati estis, spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis vestræ, &c.

Liquet fideles in regeneratione baptismi signari à spiritu sancto, vt sic oues Christi ab aliis secernantur.

Hieron. Explicat verba Pauli. Signaculum Dei est, vt quomodo primus homo conditus est ad imaginem & similitudinem Dei, sic in secunda regeneratione quicunque spiritum sanctum fuerit consecutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat.

Idem. Signati sumus spiritu Dei sancto, vt & spiritus noster & anima, imprimantur signaculo Dei, & infrà.

Hoc signaculũ sancti spiritus iuxta eloquium

quiũ ſaluatoris, Deo imprimẽte ſignatur. Hũc enim ait, ſignauit De⁹ pater, & infrà.

Qui iccirco ſignatur, vt ſeruet ſignaculum, & oſtendat illud in die redemptionis, purum atque ſyncerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id numerari valeat cum his qui redempti ſunt. *Ioan. 6*

Ecce character manet vſq; in diẽ iudicij.

Super Epheſ. 1. Iudæi ex circunciſione ſunt, beluarum more, carnis ſignaculo excepto, notis inuſti, ſed vobis vt Dei filiis, ſupra quàm carnis patiatur conditio, ſpiritus impreſſum eſt ſignum. *Athan.*

Idem Epheſ. 4. Spiritus nos obſignauit eſſeq́ue de regio grege fecit. atque is nequaquã aſtare nos ſinet cum ſontibus, & dãnatis, ſed ſignũ impreſſit, ſecreuitq́; vt redẽpti & liberi ab iſtiuſmodi ira eſſemus.

Et ponam in eis ſignum, & mittã ex eis qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare, in Aphric. &c. præuidit propheta apoſtolos & diſcipulos mittendos gentibus ſcilicet qui habeant ſignum Dei, characterem. *Eſdr. 66*

Character Hieron. ſententia præfiguratus fuit in ſanguine agni, quo ſuperliminare, & vterque poſtis ſignatus eſt, vt tranſiret angelus percutiens.

Figuratus etiam fuit character per Tau Ezech. Signa Tau ſuper frontes virorum gemen *Ezec. 9*

gementium &dolẽtium ſuper cunctis abo minationib.quę fiunt in medio eius,infrà. Deinde ſuper quem videritis Tau, ne occidatis. Ita Chriſtus in baptiſmo merito ſanguinis ſui ſignat poſtes animæ, vt animæ à diabolo liberentur.

Dionyſ. de eccleſ. hierar. Accedentem ad baptiſmum diuina mã ieſtas in ſui conſortium intus admittit,eique lucem ſuam perinde ac ſignum aliquod tradit, ſanctum efficiens & ſanctorum ordinis participem. Ecce Characterem lucem nominat capit.2.part.1.

Nunc per baptiſmum primitias ſpiritus ſanctus accipimus,& initium alterius vitæ fit in nobis id eſt,primitiæ regenerationis, & ſignaculũ & tutela,& illuminatio,& ſanctificatio.Ecce ſignaculũ characterẽ ca.10

L.4.cont. Donat. Aug. Satis illuxit paſtoribus eccleſiæ,& ouem quæ foris errabat, & dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus foris acceperat, venientem ad Chriſtianæ vnitatis ſalutem, ab errore corrigi, characterem tamen dominicum in ea agnoſci potius quàm improbari, quandoquidem ipſum characterem multi & lupi & lupis infigunt,loquitur de baptizatis ab hæreticis,denuo ad eccleſiam redeuntibus cap.1.

In epiſt. ad Dona. Aug.Et vos oues Chriſti eſtis,characterem dominicum portatis, in ſacramento

quem

quem accepistis. Epistola.204.

Augu. Baptizatus si non habet charitatem, characterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur. *Tract. 5 Super Ioan.*

Character imprimitur in tribus sacramentis, scilicet baptismo, confirmatione, & ordine.

Greg. Quod dicitis, vt qui ordinatus est, iterum ordinetur, valde ridiculum est, vt enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel, in eodē ordine non valet iterū consecrari.

Aug. Vtrunq; (baptisma & ordo) sacramentum est, & quadam consecratione vtrunq; homini datur, illud cùm baptizatur, & illud cùm ordinatur, ideo non licet in ecclesia catholica vtrunque reiterari. *Aug.*

Qui autem confirmat nos, vobiscum in Christo, & qui vnxit nos deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. *2. Cor. 1*

OBIICIT LVTHERVS.

1 Character est res ficta, quam ignorat scriptura.

2 Quomodo aqua posset imprimere tale signum in anima?

RESPONDET CATHOLICVS.

Character non est res à patribus ficta, sed spiritu sancto doctore homines Dei eū intel *De primo*

intellexerunt, vt ex Paulo ostensum est.

De.2 Aqua non imprimit tale signum in anima, sed deus imprimit, ad præsentiam aquæ baptismalis, assistente sua omnipotentia sacramentis. Et in hoc Christiani excedunt Iudæos: nam nos habemus signaculum spiritus, ipsi habebant signaculum carnis.

DE TRANSSVBSTANTIATIONE.

XXXVI.

Lu.22 IN Sacramento Eucharistię, substantia panis conuertitur in substantiam corporis Christi, Sic quòd non manet substantia panis. Accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, Hoc est corpus meũ. Concordat Mat. Mar. & Paul. ecce panem accepit, sed peracta benedictione appellat corpus suum, qud non fit nisi versione sua.

Ioan.6 Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hoc non fit nisi conuersione.

De cœna domini Cypri. Panis iste communis in carnẽ & sanguinẽ mutatus procurat vitam. & infrà. Panis iste quẽ dominus discipulis porrige

bat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro.

Ambr. de myſteriis. Valebit ſermo Chriſti, vt mutet ſpecies elementorum.

Amb. Panis iſte panis eſt ante verba ſacramentorum, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. *Lib 4. de ſac. c. 4*

Non erat corpus Chriſti ante conſecrationem, ſed poſt conſecrationem dico tibi, quòd iam eſt corpus Chriſti, ipſe dixit, & factum eſt. *Ibidem*

Ergo didiciſti, quod ex pane corpus fiat Chriſti, & quòd vinum & aqua in calicem mittitur, ſed fit ſanguis conſecratione verbi cæleſtis. *Ibidem*

Amb. Antequam conſecretur panis eſt, vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti, infrà. Ergo videte quantis generibus potens eſt ſermo Chriſti vniuerſa conuertere. *Ibi c. 5*

Chryſ. Non ſunt humanæ virtutis opera propoſita: Qui tunc ipſa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit: Nos miniſtrorum tenemus locum: qui verò ſanctificat ea & immutat, ipſe eſt. *Ho. 60*

Aug. de ſententiis Proſperi, fatemur ante cõſecrationem eſſe panem & vinũ quòd natura formauit. poſt conſecrationem verò carnem Chriſti & ſanguinẽ quòd bene dictio

dictio consecrauit.

Greg. Pastor bonus Christus animam suam posuit pro ouib. suis, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat carnis suæ alimento satiaret.

In homi. ego sum pastor. Greg. Nissenus. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo secreta potestate conuertit, dicēs, Accipite hoc est corpus meū, Gratianus tribuit Emisseno de conse. dis. Quia corpus.

Mat. 14 Theophil. Quum benedixisset, fregit panem, quod & nos facimus, preces adiungendo, hoc est corpus meum, Hoc inquam quod sumitis: Non enim tantum figura est corporis dominici panis, sed in illum conuertitur corpus Christi.

Gen. 2 Transubstātiatio est possibilis, formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, ecce deus limum mutauit in carnē.

Ibidem Ædificauit dominus deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem.

Gen. 19 Ecce os costæ conuertitur in mulierem.

Respiciens vxor Loth post se, versa est in statuam salis.

Exo. 4 Proiicit Moyses virgam, & versa est in colubrum.

Exo. 7 Percutiam virga aquam fluminis, & ver

tetur

tetur in ſanguinem.

Cum aliis adductis per Ambroſium de myſteriis.

Diabolus agnouit huiuſmodi virtutem mutatricem in Chriſto. Si es filius Dei, inquit, dic vt lapides iſti panes fiant. Chriſtus de quinq; panibus pauit quínq; millia hominum, quod fecit panem multiplicando, idem nunc totam eccleſiam fideliũ paſcit vno pane corporis ſui ſacramentaliter. *Matt. 4* *Ioan. 6*

OBIICIT LVTHERVS.

Subſtantia panis manet in Euchariſtia, quia ſcriptura nominat panem.

Erant autẽ perſeuerantes in doctri. apo. & communicatione fractionis panis. *Actu. 2*

Panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? *1. Cor. 10*

Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. *1. Cor. 11*

2 Euangeliſtæ quoq; appellant panem.

3 Euchariſtia aſſimilatur ferro ignito, in quo manet & natura ignis, & natura ferri, ſic in euchariſtia manet natura panis, & natura corporis Chriſti.

RESPONDET CATHOLICVS.

Nulla creatura, maximè irrationalis, digna eſt miſceri cũ benedicto corpore Chriſti, alioquin verbum aſſumeret paneitatem in vnitate ſuppoſiti. Luther autẽ nondum

ostendit nobis in scripturis, verbum panis factum est, Ideo standum sententiæ concilii.ca.firmiter de sum.trin.& c. cum Marthæ.de cele.missa.

De primo Quòd Luc.& Paul.Eucharistiam nominant panem, non intelligatur per naturam, sed quadruplici ratione.

3.Reg.7 *3.Reg.10* 1 Quia ante conuersionẽ fuit panis, simile coluber dicitur virga, quia fuit virga. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.

3.Reg.10 2 Propter species panis & accidentia, sicut imago nominatur ab imagine: sicut Salomon fecit boues, & leunculos &c.quia fecit imagines eorum.

Ioan.6 3 Eucharistia etiam dicitur panis, quia in ea est panis viuus qui de cælo descẽdit.

Hier.11 4 Ratione corporis Christi quod dicitur panis apud Hiere.mittamus lignum in panem eius, lignum crucis miserunt in corpus Christi.

De 2 Euangelistæ panem appellant ante consecrationem, sed ea peracta appellant corpus Christi.

De 3 Ferrum non conuertitur in ignem, vnde ferrum non est ignis, sed ignitum: quia calorem tam fortiter in densitate sua suscipit, vt etiam splendor in eo reluceat. Erubescat itaq; Luther venerabilissimũ sacramentum ferro ignito cõparare, cũ substan

tia ferri maneat, panis autē non in Eucha-
riſtia, Ambro. dicente, licet figura panis & *Ambro.*
vini videatur, nihil tamen aliud quàm ca-
ro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem
credendum. Hic apertè negat panis ſubſtā
tiam, cùm affirmet nihil aliud hic eſſe, quā
carnem Chriſti & ſanguinem.

MISSAS LATINE NON GERMANICE DICENDAS.

XXXVII.

* * *

PRINCIPALIORES linguas tēpore Chriſti fuiſſe tres, *Matt. 27 Ioan. 16*
ſcilicet Hebraic. Græc. & Latinam, titulus indicat cruci Chri
ſti affixus, in quib. deus non immeritò laudatur, & præcipuè in his linguis diuina perſoluuntur officia.

Non negamus tamen Indis auſtralib. permiſſum, vt in lingua ſua rem diuinam facerent, quod clerus eorum hodie obſeruat, vt vidimus & audiuimus ipſi, licet myſteria miſſæ, cum non poſſent Italicè interpretari, ex eis habere non potuimus.

Identidem aliqui de lingua Sclauonica altiſsima teſtantur, à Hiero. impetratum.

vti Melchionẽ. in Chronica Polonorum testatur, in memoria hominum Cracouiæ in sacello sãcte crucis (si rectè nominis memini, nam librum non habeo ad manus) Sclauonicè missas celebratas, at gens huius linguæ dudum cessit huic priuilegio, & se latinæ conformat ecclesiæ.

Et quia in trib. linguis principalib. titulus triumphalis Christi scriptus est, vt adhuc videtur Romæ apud sãctã crucem in Hier. licet aliquot literis multum caducis. Ita non mirũ latinã ecclesiã in sacris mysteriis, & linguæ sanctæ & Grecæ vti voculis.

Augusſt. Psal. 106 Hebra. sunt alleluia, laudate Deum, Osanna, Eya saluifica.

Amẽ. fiat. vel in veritate sic est, fideliter.

Sabaoth. exercitus, virtutes.

Kyrie eleyson. domine miserere. Christe eleyson, Christe miserere. Agios otheos yskiros athãnatos eleyson ymas, sanctus Deus, fortis, immortalis, miserere nobis,

Cur ecclesia aliqua Hebr. seruauerit, rationem reddunt Orig. & Augusſt.

Gre li. 9 regiſtri epi. 8 Quòd aliqui aiunt à Græcis latina vsurpata in missa mihi non constat. Descripsi missam Grecã ex li. archiepiscopi Rhodiorũ, & alterã scripsit mihi Ioãnicius Corcyren. Basilianus, & omnes actiones ac ritus per ordinem plurib. etiam dieb. ostendit, at

huius

huius nullus meminit, licet hoc Remigio tribuatur.

Et si Itali vulgare suũ habeãt & Græci: neutris tamẽ lingua vernacula missa celebratur, sed erudita & docta adeo vt non sit necessariũ varia sectari Idiomata linguæ.

Mos ecclesiæ rationabilis de missa latina in ecclesia latina.

Quia sic missa celebrata est ante mille annos, quando Germania Christianismũ accepit, vbi vrgentior apparet subfuisse ratio, missas Germanicè legendi pro nouella plantatione, & tamen viri sanctissimi, miraculis clari vsum ecclesiæ latinæ obseruarunt.

2 Magnam pareret confusionem, vt ad nos aduentantib. Italis, Hispanis, Gallis, Anglis. Hungaris, Boemis, &c. missæ nostræ actionem non intelligerent, & omnes omnib. Barbari esse viderentur, & missa contemptui haberetur.

3 Et nedum confusio fieret aduersarum nationum, sed & scandalum in eadem natione. Nam in eadem Germania, illi vna vtuntur vocula, alij alia, & quod in parte honestum, in alia turpe significat: & pronuntiandi diuersitas in Germania tantam induceret dissonantiam, vt esset Babylone confusior.

4 Magna quoq; fieret mysterio irreuerẽtia, si adeo vulgaris efficeretur vt passim per compita, per constrinas irrideretur, & bene potis conuiuiis, velut iam in locis sit Lutheranis, & olim pastores igne de cælo delapso, diuino iudicio puniti sunt: Ideo sæpe Dionysius ingerit, quomodo magistri fidei, hoc est Apostoli, diligẽtissimè curauerunt, ne sancta sanctorũ efferrent corã prophanis, & ideo summa illa & super substantialia, partim scriptis, & partim nõ scriptis institutionibus nobis tradiderunt. Itaq; satius est in ecclesia catholica missam legi in linguis Latina & Græca: nam gentium plenitudo, quæ ecclesiam intrauit, sub his duabus linguis prævaluit sapientia & potẽtia. Ideo antiquus mos populi Dei,
August. vt Aug. ad Ianuarium, inquit, pro lege habendus est. Verba cõsecrationis cum quibusdam aliis secretè in missa dici ecclesia constituit, cùm & Pontifex solus & semel in anno intrauit in sancta sanctorum: an non sacratiora sunt mysteria fidei nostræ?
Hebr. 9 Arcebantur Iudæi à loco sacratiori, & velum erat ante eos, non mirũ ecclesiam prohibuisse, ne laici propius assisterent celebranti, quò liberius hoc sacrũ secretum
Exo. 26. & 27 perficiat, ca. 1. de vita & honestate clericorum. Hinc & altaria cortinis & tabulis velari

velari ſolent, vt ſacerdos meminerit ſe accedere ad ſecreta myſteria detractanda.

Luther in præceptorio durè tractat eos, qui volũt canonem miſſæ altiori voce legendum, vt intelligatur: Cur ergo, vt miſſa intelligatur, modò vult eam Germanicè & altiſſima voce legi. Adeo parum ſibi conſtat hæreticus. *Luther ſibi repugnat.*

Chriſtus in ſilentio orauit & ſecretè & ſecedens à diſcipulis. *Mat.29 Luc.22*

OBIICIVNT HAERETICI.

Paulus prohibet Corinthiis, ne in Eccleſia loquantur lingua quę non intelligatur, ait enim: Quis ſupplebit locum idiotæ? quomodo dicet Amen ſuper tuam benedictionem, quoniam quid dicas, neſcit? *1.Cor.14*

Porrò ſi Latinè legitur miſſa, laici non intelligunt.

Et ita nullus eſt fructus huius auditionis, ac ſi ad parietem fieret ſermo.

RESPONDENT CATHOLICI.

Ad verba Pauli in homiliis noſtris oſtendimus orationem etiam non intellectam eſſe meritoriam, Homilia tertia Rogationum.

Quod ad miſſam torquent hæretici, reſpondemus Paulum loqui de propheta, id eſt, interprete & doctore ſcripturarum, ſic enim ,,ppheta hic vſurpatur, vt Hier. &

Augusſt. teſtantur. Fruſtra ergo Germanis quis prædicaret in lingua ignota, at de miſſa nullam facit hîc mentionem Paulus: li-
1. Cor. 14 quet ex verbis Pauli. Sed in Eccleſia volo quandoque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, expende inſtruam, quod fit prædicatione, non celebratione miſſæ. Vi-
De 2. de homil. vbi ſupra.

Et ſi laici non intelligant verba, tamen intelligunt omnia myſteria, quæ ab incunabulis vel parentum traditione, vel curatorũ prædicatione, hauſerunt: ideo iam flectendo genua, iam aſſurgendo, ia inclinando, iam pectoris tunſione, ac crucis ſignatione, accommodant ſe celebrationi miſſæ. Vnde ipſa actio externa oſtẽdit eos plus intelligere de myſterio miſſę, quàm ſi Cicero, Iiuius, & Varro Latinè doctiſſimi, auſcultarent verba, de myſterio ipſis non inſtructi.

De 3. Non eſt inutilis miſſæ auditio, etiam verbis non intellectis ob ſequentia.

1 Quoniam in miſſa ſacra ſcriptura in vſum recipitur, ſed per eam Spiritus ſanctus loquitur, eámque cordibus inſtillat quibuſcunque linguis.

1. Cor. 4 Sacerdos in miſſa eſt communis miniſter totius Eccleſiæ, ideo oẽs miſſæ auditores fiducia ſuam reponere debẽt in fide

ecc

ecclesiæ catholicæ, nã illa plus placet deo, vt sponsa dilectissima, quàm cuiusque priuati hominis fides.

3 Scopus missæ, nulli auditori missæ subtrahitur, nisi intelligat aut minus: Nam finem missæ, & præcipuam Ecclesiæ intentionem nouit, siquidem sacrificium illud offerri pro viuis & mortuis, in memoriã passionis & mortis Christi ad laudẽ dei, ad ædificationẽ Ecclesiæ ad honorem diuæ Mariæ, & omnium sanctorũ. Quid si illa intelligentia laici, ita deuotione acuetur, vt præcellat multorũ verba missæ aridæ intelligentium, prudentiam? Constat enim orantis deuotionem aliquando impediri posse nimia verborum attentione.

4 Etiam mysteria sacratissimæ missæ in lingua vernacula non pandantur: Sufficit quòd in homiliis ac declamationibus ad plebem secundum cõsuetudinem ecclesiæ hæc explanentur, vbi populus in fide & moribus instruitur, vt nulli omnino saltẽ pio ac frequẽti verbi Dei auditori, intelligentia mysteriorũ missæ sit abscõdita, nec muto quidẽ & surdo. Ita misericors deus vult omnes homines saluos fieri.

Concludamus ergo, Germanis sufficere missam Latinam, cùm sint de Latina Ecclesia, cũ enim tres sint linguæ principales,

Hebraica, Græca, & Latina: & nō sine mysterio Pilatus Christi titulum his exarauerit ignorans, & nos reuerēter mysteria saluatoris sub his agnoscere debemus, & magnitudinem mysterij, velut Augustinus Albinus Isidorus, Beda, & alij testantur.

Concludamus hoc dicto, Hieron. super Zach.

Persecutionis tempore sacerdotes ecclesiæ audacter, captiuis credentibus repromittant, quòd rursum ædificandæ sunt ecclesiæ, & pacis reddenda tranquillitas, cessabit ergo aliquando per diuinam clementiam, Lutheri, Zuinglij, Oecolampadij, Blarerij, Hosiandri, Schnepsij, & similium hæreses, & reflorebit prisca fidei veritas. Hoc fac bone Iesu, & citò.

ENCHIRIDII VTILITAS

ex Augustino super Canonicas Ioannis.

OMNIA quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostrā intentè oportet audire: Maximè tamen memoriæ commendanda sunt, quæ aduersus hæreticos valent plurimum, quorum insidiæ, infirmiores quosque & negligentiores circumuenire non cessant.

Soli Deo gloria.

DVODECIM ARTICVLI ANABAPTISTARVM MONASTERIENSIVM, per Doctorem Ioannem Cochleum, confutati, adiuncta oſtenſione originis, ex qua defluxerunt.

*

ARTICVLVS I.

Maiorem Eccleſiam & omnia quæ cultus diuinus dicuntur, deuiare.

COCHLEVS.

Æc vtiq; diabolica eſt doctrina, per quam diuinus cultus in publicis templis impediatur, & omnis generis hæreſes in priuatis angulis diſſe minentur. Vnde ait Chriſtus: Qui malè operatur, odit lucẽ. Hanc verò doctrinam acceperunt infœlices Anabaptiſtæ à Luthero, qui iam vltra. xx ii. an. docuit, Templa & Monaſteria ſimul cũ omnibus quæ in ipſis fiunt & gerũtur, eſſe meras laruas & facies Antichriſti. Qui & bullas atq; indulgentias ædidit omnibus qui ad hoc conantur, & in hoc exponunt corpus facultatéſque & honorem, vt deuaſtentur

Ioan. 3

Luth. contra Catharinum.

Idem contra ſtatum Eccleſiæ.

Idẽ in parua reſponſione cẽtra ducẽ geor.

tur Epiſcopatus,& epiſcoporũ regimẽ deleatur. Quos &dilectos vult eſſe filios Dei, & veros Chriſtianos. Atq; etiã nuper nõdum elapſis ſex menſibus ſcripſit. Huiuſmodi nidos gliriũ, Monaſteria ſcilicet, digna eſſe, vt ſic ædificẽtur & conſeruentur, quod non maneat lapis ſuper lapidẽ. Nec vllam eis in ruſticorum tumultum iniuriam factam eſſe, niſi hanc vnicã quòd remanſerunt adhuc lapides aliqui & veſtigia ibi. Si ergo caſtigari debent Anabaptiſtæ ob id quòd deuitant tẽpla & monaſteria, multò magis puniri debet Lutherus, qui ea iubet non ſolùm deuitare, ſed etiam deſtruere, ac delere. Quemadmodum & ſæpe factitarunt ſectatores eius.

ARTICVLVS II.

Similiter & chriſma atque vniuerſa quæ benedictionibus conſecrantur, qualia ſunt: aqua benedicta, palmæ, candelæ, &c.

COCHLEVS.

Exo. 28 26. *&* 30 *Leuit.* 8 *&* 24 *Num.* 6.9 *Luc.* 3 4 *Matt* 6 *Mar.* 6

HAec quoq; diabolica eſt doctrina, cõtra ſacram ſcripturam vtriuſq; teſtamenti. In veteri enim teſtamento benedicebantur & conſecrabantur nõ ſolùm homines, vtpote Sacerdotes, Leuitæ, Nazaræi, &c. verumetiam oleum, vinũ, panes, cinis, &c. Et in nouo teſtamento Chriſtus ipſe benedixit non ſolùm diſcipulos ſuos,

dum

dum in cælũ aſcenderet, & panem in eu-
chariſtiæ ſacramento, verumetiã quinque 1. Tim. 4
panes hordeaceos, quibus circiter quinq; 1. Cor. 4
millia virorum ſatiauit. Et Paulus docet,
Omnem creaturã eſſe bonam, & ſanctifi-
cari per verbum Dei & orationem. Docet
item ad benedictiones dicere Amen. Eiuſ-
modi verò benedictiones audire Diabolus
non ſuſtinet, ſed ſuggerit Apoſtolis ſuis vt
eiuſmodi cuncta abrogent. Id quod per
Lutherum iam pridem factũ eſt, dum ſe-
ctatores eius blaſphema impietate ſacro
chriſmate & ſancto oleo calceos ſuos in-
unxerunt, aut penitus cõculcauerunt pe-
dibus, fontémq; baptiſmatis benedictũ, &
aquam benedictã effuderunt, benedictos
cereos, herbas, ſal, candelas, &c. irriſerunt,
abrogarunt, ac prohibuerunt de cætero
talia benedici: miſeros infantes abſq; ſan-
cto oleo, & chriſmate, ſimplici aqua, in de-
riſum & cõtemptũ catholicæ Eccleſiæ ba
ptizauerunt. Necdum abierunt menſes
quatuor, quãdo Lutherus publico ſcripto Luther de
cunctos ſacerdotũ & epiſcoporum ſacros miſſa an-
ordines ſceleratiſſimè reprobauit, & ſa- gulari.
crum chriſma fœtidũ, rancidúmq; oleum
vocauit. Si ergo puniri debent Anabapti-
ſtæ, qui ab eiuſmodi benedictis & cõſecra-
tis rebus abſtinẽt, & eas deuitãt, multo iu-
ſtius

stius puniri debet Lutherus, qui & illos sectat ores suos talia docuit, & facere iussit, atque etiam opere scelestissimè contra eas ceremonias egit.

ARTICVLVS III.

Magnum Balaam supra Sacerdotis manus & caput ac alibi non inspicere.

COCHLEVS.

HÆc horrenda blasphemia originaliter temporibus his nostris prouenit ex Lutheri captiuitate Babylonica, in qua sacram negat transubstantiationem, & docet panem remanere panem, & vinum vinum, in missa, tam post, quàm ante consecrationem. Et iam vltra xiij. annos hunc errorem populi inculcauit, ac nuper in libro contra Missas angulares (vt vocat) scelerato mēdacio scripsit, Baptistas quoque ita dicere, Panis es, panis manebis. Quod si ita esset, non malè facerent Anabaptistæ, quòd talem panem non habent pro corpore Christi, neq; volunt eum venerari aut inspicere. Quum verò hæresis ista in plerisq; conciliis, intra cccc. annos, & à beatis Episcopis Ambrosio & Augustino ante M.C. annos, condemnata sit, neque Lutherus neq; Anabaptistæ possunt in hoc errore suo coram Deo excusari.

ARTICVLVS IIII.

Nec vlteriùs audire missas.

COCHLEVS.

ET hunc quoque errorem affert secum præclarus ille liber de Captiuitate Babylonica. Et postea in plerisq; aliis libris & sermonib⁹ à Luthero corroboratus & adauctus est, donec ipsemet tamen ingenuè ac manifestè fassus est, in horrẽdo ac scelerato libro, quem de missis angularibus nuper inscripsit, quòd diabolus eiusmodi argumenta contra missas inspirauerit & suggesserit sibi. Prius verò quàm cum diabolo pluſquam vnum (vt iactitat) frustum salis comedit, ac sese in organum & instrumentum illi dedit, celebrauit & ipse missas, & summè laudabat eas: ac vehementer conquerebatur in expositione decẽ præceptorum, cõtra diabolum: quod & sanctissimũ illud sacrificium missæ nõ dimiserit nobis purum & liquidũ, sed per auaritiã septem aureis missis contaminauerit. Scribebat itẽ nullum esse dubiũ quin orationes quæ in missa pro animabus in Purgatorio existentibus fiunt, eis plurimum prosint & vtiles existant. Quare ipse simul cum vniuersis sectatoribus suis inexcusabiles coram Deo erunt, vtpote proprio iudicio condemnati. Vnde multa nimirum millia

Vide septicipitem cap. 24

simpli

simplicium hominũ, qui per eum seducti non sponte errant, cõtra illum in extremo iudicio coram Deo & sanctis Angelis vindictam clamabunt, quemadmodum & infœlices Anabaptistæ, quos ipse primũ suscitauit, ac scelerate seduxit, vltionem ac culpã sempiternam aduersus eum proponent, ac lugubriter clamabunt. Et Deus omnem sanguinem eorum ex eius nimirum manibus requiret, sicut ait Propheta.

Ezech. 3 & 34

ARTICVLVS V.

Toti mundo abrenuntiare.

COCHLEVS.

SI hic de incredulo duntaxat mundo loqueretur, de quo sæpe loquitur scriptura. Et Christus ipse Ioannis 7.14.15.&c. rectè quidem loquerentur. Quoniam Ioannes quoq; ait: Nolite diligere mundum. Et Paulus: Mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo, &c. Siverò per mundum hîc intelligunt Ecclesiam generalem & catholicam, quæ cum Papa in fide cõsentit, iniustè profectò loquuntur sicut & cæteri hæretici. Sed & hanc verborum pompam ac vanam gloriam à Luthero didicerunt. Sic enim ait in captiuitate Babylonica, cùm incepturus esset diabolicam suã oppugnationem contra missas. Rem arduam & quã fortè sit impossibile cõuelli aggredior,

1. Ioan. 2 Galat. 6

dior, vt quæ tanto sęculorum vsu firmata, omniumque consensu probata, sic insederit, vt necesse sit maiorem partem librorum qui hodie regnant, & penè vniuersam ecclesiarum faciem tolli & mutari, penitúsque aliud genus ceremoniarum induci, seu potius reduci. Et adhuc Pomposius loquitur in præfatione scelerati libri de abroganda Missa, dum ait. Ea enim certitudine & fiducia tentandum est, quod præstituistis, vt non modò totius mundi iudicia, pro foliis leuibus & summis aristis habeamus, sed & armati simus in morte, aduersus portas inferorum, quinetiam aduersus iudicium tentantis Dei pugnare, & cum Iacob contra Deum præualere, &c. At contra pomposas huiusmodi præsumptiones ait scriptura: Ne innitaris tuæ prudentiæ. Et Esaias. Væ vobis qui prudentes estis apud vosmetipsos. Et Paulus: Tu autē in fide sta, noli altum sapere, sed time, &c. *Prou. 3* *Esa. 5* *Roma. 1*

ARTICVLVS VI.

Cum impiis non negotiari, non conuersari, non emere nec vendere, non saluare, nec honorare.

COCHLEVS.

SI per impios velint hinc intelligi hæreticos & excommunicatos, recte loquerentur, iuxta authoritatē & sacræ scriptu-

ræ,& vtriusq; iuris. Si verò per impios intelligũt Christianos catholicos, qui in antiqua fide Ecclesiæ cum papa sentiunt, loquuntur sicut cæteri hæretici & apostatæ. Et idipsum quoq; à Lutheranis didicerũt, qui nos impios tota die agnominant, contra omnẽ scripturã, cõtra omne ius, honestatẽ & disciplinam, ex immensa superbia & voluntaria malitia. Contra quod ait ad Romanos Paulus: Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? Et Christus in euãgelio: Nolite iudicare, & non iudicabimini. At nos catholici & antiquæ fidei Christiani, sic vitare deberemus vniuersos hæreticos, quẽ admodũ sacra scriptura, & ius vtrũq; præcipit, vt per verecundiã & confusionem eò citius reuerterentur ad generalem ecclesiam & catholicam vnitatem, sicut Paulus docet. Quoniam vero in hoc negligentes fumus, permittit Deus, vt hæretici faciant nobis, quod nos illis facere debebamus.

Matt.7
Tit.3
1.Cor.5
2.The.3

ARTICVLVS VII.

Sabbatho compotum facere, ac residuum inter fratres Christianos huius secte dividere.

COCHLEVS.

HIc est prætextus & fucus per quẽ egena plebs ad eiusmodi nouitatẽ trahitur, tanquã ad vitã verè euãgelicã & apo-

stoli

stolicam, de qua Act.2. & 4. scriptum est. Verum cum tempore haud secus ibi continget, quã contingere solet apud Lutheranos alicubi cũ generali Cista, vbi cõcionatores & distributores optimã partem sibi reseruãt, egenis verò tribuũt pro libitu suo. Et intra breue tẽpus perquã multi futuri essent Ananiæ & Saphyræ in eiusmodi vita. Si quis autẽ reuera huiusmodi vitam & bonorũ cõmunionem inire cupit aut desiderat, is potest se recipere ac dedere in Monasterium aliquod, vbi reperiet huiusmodi vitam ordinatè ac stabiliter institutam, vbi nulla personarum dicere potest, hoc est meum seu mihi propriũ. Proinde nulla est necessitas, propter hunc articulum deficiendi ab ecclesia catholica, & nouam erigendi sectam, sicut faciunt sectarum duces ex mera superbia & vana gloria, vt per hoc notum ac celebre reddant nomen suum.

ARTICVLVS VIII.

Nulli potestati obedire. *Matt.22*

COCHLEVS. *1. Petr.2*

HOc est contra Christũ, Petrum, Paulum, & vniuersam scripturã: item cõtra omne ius, honestatem, pacẽ, & disciplinã Christus ait: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris. Petrus: Subiecti estote omni creaturæ, &c. Paulus: Omnis anima potestatibus *Roma. 13*

sublimioribus subdita sit. Et vtrunq; iubet obedire Romano pontifici, & imperatori. Neque potest honesta, pacifica, ciuilis aut disciplinata conuersatio mortaliũ cõseruari, vbi non est legitima potestas & maioritas. Iam omnes clamant aduersus infœlices Anabaptistas, propter hunc maximè articulum, sicut reuera maximè reprehensibilis & intolerabilis existit. At nemo vult cõsiderare, quod articulus iste nõ ab ipsis, sed à Luthero primum processit, & in lucem publicè datus est, antequã de Anabaptistis quicquã sciebamus. Lutherus enim in libro de seculari potestate ante vndecim aut duodecim annos claris verbis & dixit & scripsit hanc sententiam: Inter Christianos (inquit) nulla debet aut potest esse superioritas, sed vnusquisq; alteri æqualiter subiectus est, sicut Paulus ait Roma. 12. Vnusquisq; alterum pro superiore teneat. Et Petrus. 1. Pe. 5. Cũcti sitis inuicem subiecti. Hoc & Christus vult Lucæ. 14.

Quando inuitatus fueris ad nuptias, sede in infimo loco. Inter Christianos nulla est superioritas, nisi Christus ipse & solus. &c. Hęc sanè Lutheri verba multò sunt apertiora & scripturis melius colorata, quã Anabaptistarũ articulus. Adhuc tamẽ vsque adeo stultus accæcus est mundus vt

eandem

eandem sententiam & in Luthero laudet, & in Anabaptistis vituperet: cū tamē reuera Lutheri culpa, malitia & nequitia multò maior ac reprehensibilior sit, quàm est miserorum simpliciúmq;, & malè per Lutherum seductorum Anabaptistarum. Lutherus enim primus talia docuit, & in publicū scriptis disseminauit, falsisq; scripturæ sacræ interpretationibus fucauit. Paulus enim non sic habet, sicut citat eum Lutherus. De quo etiam ad propriam Lutheri translationem prouoco. Neq; in Petro inuenitur, sicut ipse dicit, multò minus in euangelio. Vterq; enim locus de humilitate, non de superioritate aut regimine ibi loquitur & quidem expressis verbis. Quapropter multò durius corripiendus esset in hoc articulo Lutherus, quàm Anabaptistæ, si recto iudicio ageretur. Lutherus enim supra centum millia rusticorum per eiusmodi dicta in seditionē ac sempiternū interitum concitauit, & vniuersos præterea Suermeros & nouas sectas. Quod certè non potest sic imputari Anabaptistis.

ARTICVLVS IX.

Die dominica oportet homines huius secta in modum crucis iacere super ventrem, Tunc prædicator eorum multas habet

propriae ceremoniae, & aquae quibus consecrantur.

COCHLEVS.

HIc est verè histrionicus ludus & improbum præstigium diaboli, quo veteres catholicæ Ecclesiæ ritus (quos sancti patres per spiritum sanctum instituerunt atque induxerũt) culpabili prævaricatione per superbiam & inobedientiã reiiciantur, nouíq; & carnales ritus ac ceremoniæ (de quibus sacræ literæ & sancti patres nihil sciũt) propter vanã gloriã & proprij nominis notitiã ex propria prudentia excogitentur, & inducantur ad abducendum populum simplicẽ per nouas præstigias ex vnitate catholicæ Ecclesiæ in schismata atque in sectas perditionis. Etenim de iacendo super ventrem nihil habet scriptura, sed indicat verè bonos & deuotos homines Abraham, Loth, Iacob, Iosue, Dauid, &c. in faciẽ procidisse pronos in terrã in suis orationib⁹. Quemadmodũ & euangeliũ de domino & saluatore nostro Christo Iesu testatur ꝙ in monte Oliueti procciderit in faciem suam orans. Sicut & leprosus ille dei mus, qui Samaritanus erat, à Domino mũdatus cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens, &c. At nouus iste ritus adinuentio nimirum est illius, de quo scriptura dicit: Fo

Gen. 17 & 19 *Ios.* 5 & 7 1. *Reg.* 28 *Matt.* 6

cit: Fortitudo eius in lumbis eius. Et virtus illius in vmbilico ventris eius. Et placet eiusmodi hominibus, qui dicunt: Conglutinatus est in terra venter noster. De quibus Paulus flens dicit quòd sint inimici Crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, &c. Quòd autem sint inimici Christi, manifestè factis indicāt, dum vbique ex templis, Monasteriisque, & sacellis, Cruces & imagines Crucifixi abripiunt, dissecant, exurunt, &c. Atque etiam in campis & publicis viis Cruces ex erectis truncis & arboribus rapiunt. Id quòd à Luthero prius didicerunt, & ab eius sectatoribus persæpe fieri viderunt.

Luc. 17
Iob. 40
Psal. 43
Philip. 3.

ARTICVLVS X.

Oportet fratres sectæ huius abrenunciare & non tenere, quòd Deus humanā naturam de Maria assumpserit.

COCHLEVS.

HVc finaliter tendebat nouorum prophetarū spiritus, hostis ille humanæ salutis, cuius inuidia mors in mundum introiuit, vt ait scriptura, Sapiē. 1. Cùm itaq; Christus per veram passionē suā in humana natura (in diuina enim natura ab æterno impassibilis & immortalis existit) mortē deuicerit, & humanū genus redemerit,

dolet hoc infesto & inuido diabolo. Vellet proinde id impedire dum proponit quòd Deus nõ sit homo factus. Quo sanè breui dicto vniuersam fidem Christianam subuertere ac funditus extirpare molitur. Cõtra hoc autem sufficit nobis vnicum illud testimonium Ioannis Euangelistæ, vbi ait: Deus erat verbum, & verbum caro factũ est. Quamuis verò Lutherus hunc barbarum articulum in suis scriptis (quantum mihi constat) non habeat, scandalum tamẽ & ansam illis ad eum porrexit, quãdo cõtra Latomum scelerato mendacio scripsit, quod optimi doctores ecclesiæ, & S. Hier. non receperunt nec recipere voluerũt hoc vocabulum Homousiõ, per quod ecclesia catholica contra Arrianam hæresim fatetur quòd Christus sit verè & substantialiter Deus, homousios patri, hoc est, vnius & eiusdẽ substantiæ seu essentiæ cum Deo patre, Cùm verò vocabulũ istud in sacris literis non habeatur, & Lutherus nihil vellet recipere nisi sacram scripturã, dicebat: Anima mea odit hoc vocabulum. Hic sequebãtur Suermeri dicentes: Christus nõ verus Deus sed magnus quidam propheta fuit. Hic error infixus adhuc tenetur per diaboli potestatem (quam extra ecclesiam habet super omnes hæreticos & infideles)

cordi

cordibus insanæ & errabundæ plebis, vt nequeant credere ac tenere quòd Deus sit factus homo. Hoc originaliter acceptum referre possunt Luthero, tanquam primæ origini & authori omnium errorum, & sempiterni interitus eorum.

ARTICVLVS XI.

Nemo debet prædicare publicè ante tempus paganorum. Matt. 10

COCHLEVS.

HOc est contra euangelium Christi, vbi ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Quemadmodum & ad Annam pontificem dicebat: Ego palam locutus sum mundo: Ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Sed ita est vt ipse Dominus alibi dicit. Qui malè agit, odit lucem. Quapropter nihil boni ab angularibus prædicatoribus est, quemadmodũ experientia docet. Oriũtur inde Cryptici, Adamitæ, Vualdenses, fratres hortenses, & miseri homines eò erroris prolabuntur, vt obliuiscantur tãdem Dei, & omnis pudoris & honestatis, atq; in eiusmodi vitia corruunt, quæ citra verecundiam neque scribi, neque dici possunt. Ad eiusmodi verò prædicationes angulares ma

Ioan. 18

Ioan. 3

res magnam dedit ansam Lutheri nouum testamentum, per quod homines publicas ecclesiæ conciones posthabebant, cum contemptu veterum & catholicorum concionatorum atque doctorum legentes domi in angulis filiis & familiis suis depravatum Lutheri euangelium.

ARTICVLVS XII.

Cum fidelibus & rebaptizatis nouis contrahere matrimonia.

COCHLEVS.

EIusmodi incommoditas & dissolutio coniugiorum, vulgò sequitur in omnibus sectis, & schismatibus quando discordia in fide inter coniuges oritur. Si enim Christo (cui per baptismum desponsati ac spiritualiter copulati sunt, vti Paulus docet) neque fidem, neque fidelitatem seruant, deficientes à catholica ecclesia, quæ corpus & vnica Columba ac sponsa Christi est, pro leui nimirum reputant peccato, si à suo deficiant conthorali. Quandoquidem ex Lutheri doctrina discunt, Matrimonium non esse sacramentum, & audiũt ab eo, quod propter euangelium debeant relinquere domum, vxorémque, & liberos, quia Deus bene redditurus sit eis alias domos, vxoréſque, & liberos.

2. Cor. 11
Ephe. 1 & 5

Luther. de cap. ba. & in sermone de Hierusalem.

ARTI

ARTICVLVS XIII.

Mulieres fideles debent maritos suos, qui credunt, dominos vocare.

COCHLEVS.

HOc verbū, qui credunt insinuat quòd mulieres huius sectæ viros suos, qui huius sectę non sunt, dominos vocare non debeant, tanquam non teneantur amplius maritis suis infidelibus (vt dicunt) obedire. Atq; ita quærunt causſas ad dissensiones & separationes, & discedunt à probis maritis suis, sub prætextu euangelij. atq; discurrūt in angulos ad fratres suos hortenses, maximo cum dolore & calamitate miserorum coniugum, quos cū paruulis liberis domi relinquunt, adiguntq; eos ad infamiā perditionemq; & interitum domestici status.

ARTICVLVS XIIII.

Omnes serui & ancillæ qui soluti sunt, non debent inire coniugium cum paganis, nec illi pagano seruire sed fidelibus tantum.

COCHLEVS.

MIseri homines isti vocant nos paganos, tanquam nondum baptizati simus, quandoquidem baptismū paruulorum pro nihilo reputant, & nos omnes dū paruuli essemus baptizati sumus. Nos autem euidenter ostendere possumus ex S. Diony

Dionysio (qui à paulo conuersus, Mariam Dei genitricem, Petrum, Ioannem, & alios apostolos corporaliter in carne vidit) & ex magno pontifice & martyre Cypriano, quod baptismus paruulorum vsq; ab initio in ecclesia semper fuit, & valuit, ac pro legitimo habitus est, quēadmodū & Christus ipse dicit: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me, &c. Sed infœlices homines isti, hunc quoque periculosum barbaricum & horrendum errorem hauserūt (sicut & cæteros) ex Lutheri scriptis, & perniciosis libris, in quibus sacramenta diminuit, & soli fidei omnia tribuit, quemadmodum articuli eius quos Leo Papa. x. dānauit, indicant. In primo enim ait, Hæreticam esse sententiam, quòd sacramenta nouæ legis dent gratiam &c. Et in secundo sic dicit: In puero post baptismum negare remanens peccatum, est Paulum & Christum simul cōculcare. Contra hos articulos ego duos bene longos iam olim scripsi libros, vnum de gratia sacramentorum, alterum, de baptismo paruulorum, in quo ostendi Lutherum hac in re magis barbarum crudeliorémque esse infanticidam, quàm Pharao, Medea, & Herodes fuerūt. Ad quod sanè crimen sibi sic obiectum in hanc vsque diem nihil respondit. Contra

pri

primum verò librum in quo dicebam parvulos per baptismum gratiam & salutem consequi, quamuis nondum credant, quando ad baptismum deferuntur. Quandoquidem nondum habent vsum rationis ad credendum fide propria, aut ad sciendum quid Christianus homo credere debeat, &c. Lutherus ita respondit. Quin asserimus paruulos prorsus non esse baptizandos, si verum est, eos in baptismo non credere, &c. Ante hæc Lutheri verba nihil prorsus de rebaptizatoribus, aut Anabaptistis neotericis audiuimus, aut nouimus, verùm Paulo post exorti sunt. Scriptura enim clarè testatur quòd paruuli distantiam boni ac mali ignorent. Deut. 1. & nesciant quid sit inter dextram & sinistram suam. Ionæ 4. Ineuitabiliter itaque sequitur, aut Lutheri doctrinam esse falsam de sola fide, aut paruulorum baptismum reprobandum esse. De quo sanè prouoco ad eruditos & vniuersitates quascunque. Nunc ad propositum. Articulus iste seditiosus est, & publicę paci intollerabilis, cunctisq; Christianis contumeliosus. Ad hæc & cõtra scripturas Petri & Pauli, quæ nequaquam sic prohibent seruire etiam veris paganis, multò minus prohibent seruire nobis baptizatis Christianis.

Luth. aduersus Cochlæum.

2. Pet. 2. Colo. 1. Ephe. 6.

ARTICVLVS XV.

Nullus Christianus regnare debet super paganos.

COCHLEVS.

HAec quoque stultitia ex Lutheri libris procedit, quemadmodum supra ex parte ostensum est, quia non vult sæcularem potestatem Christianam esse. Et in tertio libello de rusticis sic ait: Dicta scripturæ de misericordia loquentia, pertinét ad regnum Dei, & inter Christianos, non ad sæculare regnum, Christianus enim nó solùm debet esse misericors, sed & omnia pati debet, rapinas, incendia, cædes, diabolum & infernū: Taceo, quòd nullū hominē deberet percutere, occidere, & nulli talionem reddere, ac sæculare regnum, quod nihil aliud est quàm diuinæ iræ minister super malos, & verus percussor inferni & mortis æternæ, non debet esse misericors, sed rigidum, seuerum & iracundū, in suo officio & opere, &c. Ex his sequitur articulus iste, contra vtrumque ius & vtrumq; testamentum, in quibus sęcularis potestas inter Christianos & fideles admissa est, quē admodum & sancti doctores Ambrosius, Augustinus, Gregorius &c. docent & admittunt.

ART

ARTICVLVS XVI.

Christiani debent omnia relinquere officia quæ non sunt legitima.

COCHLEVS.

ARticulus iste bene admittitur vt sonat, nisi occultè subsit malus intellectus, in hoc verbo, Non legitima, si forsitan quædam officia vocitent illegitima, quæ aliàs à quibuscunq; in catholica ecclesia pro legitimis habentur.

ARTICVLVS XVII.

Legitima quoque officia debent suos deponere abusus.

COCHLEVS.

ET hic quoque bonus est articulus, si non admisceatur ei falsus intellectus, quemadmodum Lutherus multos proponit abusus, veluti de sacrificio missæ, de exequiis mortuorum, de dedicationibus ecclesiarũ, de benedictionibus salis, aquæ, placentarum, &c. quæ reuera abusus non sunt, nec dici debent.

ARTICVLVS XVIII.

Nullus Christianus debet vsuras aut reditus dare, aut accipere.

COCHLEVS.

DE vsuris quidem rectè dicunt, de redditibus verò nõ rectè. Redditus enim neq; in scripturis, neq; vllo in iure prohibiti

biti sunt. Reperimus enim quòd ille magnus patriarcha & Christi typus Ioseph, comparauit regi Pharaoni redditus in to-
Gen. 47 ta terra Ægypti, atque etiam sacerdotibus redditus dedit, Insuper & Christus ipse
Matt. 22 dixit, dū de censibus interrogaretur: Date
Rom. 12 Cæsari quæ sunt Cæsaris. Et Paulus: Reddite (inquit) omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal, &c.

ARTICVLVS XIX.

Postremo loco sit sermo, & post eius finem adhortatio, vt crescant & multiplicentur ac repleant terram.

COCHLEVS.

AD eiusmodi nuptias caninas abuntur homines miseri, diuina illa benedictione. Crescite & multiplicamini. Quod profectò totum profluit ex pura doctrina
Luth. de vita coniug. & Euāgelica castitate Lutheri, quā docuit ante xij. annos, in hęc verba. Sicut in potestate mea non stat, quòd sim mas, ita etiam non stat apud me, quòd sine muliere sim. Non est enim liberi arbitrij aut cōsilij, sed res necessaria & naturalis, vt omne quod est mas habeat fœminā, & omne quod est fœmina habeat marē. Hoc enim verbum quo Deus ait, Crescite & multiplicamini, non est mandatum, sed plusquam mandatum, nempe opus diuinum, quod nō con-

ibid fictis

fiſſit in poteſtate noſtra ad cauẽdum, vt ad omittendum illud. Sed tam neceſſarium quam quòd ego mas ſum, & magis neceſſarium quam edere & bibere, quam ſcreare & expuere, quàm dormire & vigilare, &c. Quantum verò impudicitiæ in iuuentute intra xij. an. ex hac doctrina ortum ſit, nemo ſatis loqui poſsit. Videntur nunc alicubi pueri. xiij. aut. xv. an. c. clara luce manifeſtè in lupanaria currere. Et à virginibus quibuſdam tam impudica & obſcœna audiuntur: vt etiam adoleſcentes & adulti ſuper iis erubeſcant. Atq; alicubi vſque adeo cecidit omnis pudor vt virgines dixerint ad iuuenes, vna ad vnũ. Veni tauriza me. Contra hanc Lutheri doctrinã ego in bello de cauſis matrimonialibus itareſpondi. Hoc verbum, creſcite, &c. dixit Deus etiã ad volucres & piſces Gene. 1. Quod tamen nõ impedit nec abſterret nos, ne bonas aui culas includamus in caueas ſolitarias, die & anno, abſque huiuſmodi opere multiplicationis, quę & dulciter & hilariter cantãt, poſtea quàm captiuitati ſunt aſſuetæ, & de tali neceſsitate multiplicandi nihil omnino queruntur. Similiter & lucij & carpones conſeruantur in viuariis abſque illo opere. Vt ſummè profectò admirandum ſit, quomodo aures Chriſtianæ tam cani-

nam, imò plusquàm caninam doctrinam audire queant. Nam ne canibus quidem semper permittitur eiusmodi opus multiplicãdi perficere. Verum quidem est, quòd deus per illa verba tũ hominibus, tum cæteris animantibus virtutem ac potentiam implantauit, qua sic multiplicare queant, Sed inter oportet, & potest, ingens & lata est differentia. Hæc ibi.

ARTICVLVS XX.

Si quis rebaptizatorum habeat vxorem, quæ rebaptizari non vult. aut si qua rebaptizatarũ virũ habeat, qui nolit rebaptizari, debent separari ab invicem, & aliud in vxorem matrimonium.

COCHLEVS,

HOc manifestè repugnat Euangelio Mat. 5. & 19. vbi Christus ait, Quicunque dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Sic & Paulus ait: His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem suam nõ dimittat, &c. In hoc itaque articulo Anabaptistæ aduersantur Luthero. Lutherus enim de vita coniu-

coniuga. ait: Matrimonium est res externa & corporalis, sicut cæteræ mundanæ negociationes. Quēadmodum igitur potest aliquis cum pagano, Iudæo, turca, hæretico, edere, bibere, ire, dormire, mercari, & agere: ita & matrimonium cum eo cōtrahere, & cum eo permanere in coniugio potest, &c. Verùm catholica Ecclesia vadit inter vtrumque errorem, per medium via regia, neque ad dexteram, neque ad sinistrā declinans: & vult, vt Christianus non contrahat matrimonium cum infidelibus & non baptizatis, neque item cum hæreticis. Si verò inter coniuges alter eorum sit hæreticus non debet propterea dissolui matrimonium: neque licet cum alio contrahere. Qua de re ego ad longum disputaui. & X. errores Lutheri circa hoc reprobaui in libello de causis matrimonialibus, quæ omnia hic referre nimis longū foret.

ARTICVLVS XXI.

Fertur, & ita esse compertum habetur, quòd Anabaptista intra Monasterium cuidam propriam sororem Germanam in matrimonium tradiderunt.

COCHLÆVS.

ET hæc quoque barbaries ex Lutheri doctrina profluit. Primùm, quòd Lutherus nihil recipit nisi sacram scripturam

Iam nusquam reperitur vel in Euangelio nec in Paulo prohibitum esse, ne quis sororem suam in vxorem ducat. Deinde, quod Lutherus contra ordinationem & prohibitionem catholicæ Ecclesiæ admittit & licitum facit, alicui in vxorem ducere sui fratris aut sororis filiam. Vult item, quòd fratrum aut sororũ filij possint licite contrahere, piè & Christianè, &c. Ecclesia verò catholica hoc totũ reprobat, ordinationemque cõstituit, quousque licitũ sit matrimonium inter cognatos contrahere. Primùm quidem in septimum vsque gradum prohibuit. Deinde verò per innocentiũ Papam huius nominis tertium in concilio Lateranensi relaxauit vsq; ad gradum quartum inclusiuè. Quamuis autem leges imperiales permitterent fratrum & sororum filios filiasque adinuicem copulari. Augustinus tamen scribit, quòd expertus sit in connubiis consobrinarum, etiam suis temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quàm raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id necdiuina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana. Nam quod fiebat cum cõsobrina, penè cum sorore fieri videbatur, quia ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatem, fratres vocant

Luth. de causis matrimonia. & li. de vita coniugali.

Ex. de cons. & affi. c. Non de.

Aug. de ciui. Dei li. 15. ca. 16

vocantur, & bene germani sunt. Hæc Augustinus. Et mox post Augustini tempora in concilio Agathensi sic decretum & constitutum legitur. De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi cùm adulterium separatione sanauerunt. Incestos verò nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum est. Cõc. Aga. cap. 62.

Ex his vnusquisque facilè cognoscet, Anabaptistas aliósq; Suermeros & sectarum duces neque extingui, neque extirpari posse quãdiu hæretici libri Lutheri non fuerint extincti, & extirpati. Ipsi enim sunt stirps & radix vnde tales fructus quotannis crescunt, quotquot demetuntur, non prodest amputasse quandiu integra permanet radix, ex qua alij succrescere possunt. Vt mihi non dissimile videatur eiusmodi bellum principum aduersus seditiosos Suermeros & Anabaptistas, à putatione salicum, vnde agricolæ semper tenera salicum virgulta conquirũt, quãdiu stirps antiqua aut radix integra aut salua permanet. Lutheri enim doctrina vtiq; radix illa est de qua Moses Deuter. 26. & Paulus Hebr. 12. loquuntur, dicentes. Videte ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. Deus

æternus det gratiam suam, vt radix ista extirpetur, aut saltem ab omni veneno & amaritudine mundetur & expurgetur, ne vlterius germinet sursum, ac maiora damna (vti verendū est) afferat, quàm vnquam antea. Quemadmodum Christus in Euangelio Matth. 12. nos admonet, ne nouissima fiant peiora prioribus. Ira enim Dei non vult irrideri vsque in finem. Si tardè venit, eò grauius tanget ac puniet, nisi causam iræ amouerimus.

FINIS.

RICHARDI A SANCTO VICTORE, DE POTESTATE ligandi atque soluendi libellus.

QVODCVNQVE ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Quæritis à me: vtrum hæc ligãdi & soluẽdi potestas, quæ Petro Apostolo in his verbis datur, eadẽ sit quæ alibi omnibus Apostolis, & in ipsis, omnib⁹ eorum vicariis in cõmune conceditur? cùm dicitur: Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Dicitis nanq;, quia de potestate ligãdi atq; soluendi, remittendi & retinendi peccata. Similiter & de clauibus regni cælorum diuersi diuersa sentiũt: & alij alio modo & aliter exponũt. Quæritis itaq; vtrũnam Apostoli, eorúmque vicarij potestatem in illis Dominicis verbis acceperũt, vt

Mat. 16. e

Ioã. 20. f

homines à debito æternæ damnationis absoluere possint. Sunt nanque (vt dicitis) qui affirmant, sunt similiter & alij qui hoc ipsum negant. Vnde & adhuc opponendo quæritis, & quærendo opponitis. Si sacerdotibus datum est homines ab æternæ damnationis debito posse soluere, nunquid & eodem debito aliquos posse ligare? Ecce, duo veniunt ad sacerdotem, vnus crimine obduratus, & eo ipso ligatus: alius veraciter iustus, & eo ipso solutus, nunquid potest vel ligatum soluere, vel solutum ligare? Nam non est solutio, nisi eius qui prius ligatus fuerat: nec ligatio, nisi eius qui prius solutus erat. Item, ecce duo criminosi veniunt ad sacerdotem, vnus verè pœnitens, alter omnino impœnitens: nunquid potest, quæso, impœnitentis peccata remittere, & verè pœnitentis pro voto retinere?

CAPVT II.

Duplex peccatorũ obligatio.

IN primis itaq; notandum, quod peccatorum obligatio cõsideratur circa duo. Alia est enim illa obligatio per quam homo obligatur ad culpam, & alia est illa per quam obligatur ad pœnam. In vno, obligatur vinculo captiuitatis, in altero verò, obligatur debito damnationis. Si enim homo in aliquod graue peccatum ceciderit,

rit, iam non est in eius potestate, vt per semetipsum resurgere possit, per semetipsū potest à Domino recedere: sed per semetipsum non potest ad ipsum redire. Est siquidem, secundum Psalmistam, spiritus vadens & non rediens. Vnde & illud eiusdem Psalmistæ, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Hinc est quòd obligatio culpæ dicitur mors animæ, quia sicut per mortem exteriorem, corpus restringitur ab operibus quæ sunt ad vitam: sic anima per obligationem culpæ, mortificatur ad opera quæ sunt ad vitam æternam. Sed homo semel vinctus atq; captiuatus, vtinam teneretur ad solam captiuitatem: sed quod miserrimum est, tenetur etiã ad peccandi seruitutẽ. Nam, qui facit peccatum seruus est peccati: vnde fit, vt quotidianas vsuras exoluat, & reatus sui debitum quotidie augescat. Inde est illa promissio quã habetis in Psalmo, Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Culpæ itaq; obligatio versatur circa duo, in vno accéditur vinculum captiuitatis, in alio debitum seruitutis. Ecce de obligatione culpæ. Nunc autem videamus de obligatione pœnæ.

Psal. 77. e

Psal. 1. a

Ioan. 8. d

Psal. 71

CAPVT III.

AD cumulum nanque miseriæ tenetur prævaricator merito prævaricationis

suæ, nõ solùm vinctus ad culpam, verum etiam adductus ad pœnam. Eo ipso siquidem quo illud committit, quod, quãtum in se est, in æternum corrigere non possit, & in ipsius iniuriam qui in æternum viuit: eo ipso, inquam, æternæ damnationis debitum incurrit. Damnatio autem æterna, in sacra scriptura, dicitur mors secunda. Nã sicut ex obligatione culpæ retrahitur anima à beneplacito diuino: sic & inflictione damnationis æternæ alienatur anima ab omni beneplacito proprio. Hominem autem eiusmodi vinculis obligatum solus ille soluere potest, qui verè omnipotẽs est,
Mat. 19. d & omnia potest. Quæ autem apud homi-
Luc. 18 nes impossibilia sunt, possibilia sunt apud Deum. Nullũ nanque cor tam lapideum, tam durum vel obstinatum, quod Dominus statim cùm voluerit, ad veram pœnitentiam emollire non possit. Hinc est illud
Mat. 3. b vtique beati Ioannis Baptistæ: Potens est Dominus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Quando ergo ille qui omnia potest, præuaricatorem ad veram pœnitentiam compungit: quid aliud quæso, quàm perpetualem culpam, & eo ipso perpetualem pœnam, terminabilẽ facit? Sic vtique, sic transit pœna in pœnã, æterna in transitoriam: & qui prius tenebatur debito damnationis,

nationis, modò tenetur debito expiatiõis. Ecce habetis quod pœnæ obligatio versatur circa duo. Aliud nãque est debitũ damnationis, & longè aliud debitũ expiationis. Ecce iam apertè tenemus, sicut ex superioribus cognouimus, quòd duo considerantur circa obligationẽ culpæ, duo similiter circa obligationẽ pœnæ. Nam in culpæ obligatione (vt dictũ est) inuenis vinculum captiuitatis, & vinculum seruitutis. Ex vinculo captiuitatis illaqueatur ne redeat ad faciendum bonum ex vinculo seruitutis, attrahitur & exagitatur ad augendum malũ, vtrunque autẽ ad damnationis augmentũ. Similiter in obligatione pœnę, constat proculdubio geminũ vinculũ esse: vinculum damnationis, & vinculũ expiationis. Ex illo tenetur homo ad pœnã æternam, ex isto ad pœnam transitoriam: & ad illam quidẽ ad malũ suũ, ad istã ad bonum suum. Nã ex illa, homo cruciatur nec purgatur: ex ista verò, sic torquetur vt purgetur. Et notandũ, quòd captiuitatis & seruitutis obligatione tenetur vnus idémq; homo sub vno & eodẽ tempore: dãnationis verò & expiationis vinculo, nunquam tenetur vnus idémq, homo sub tẽpore vno. Nã eo ipso fæpe expiationis debito tenetur, quo damnationis debito absoluitur.

CAP.

CAPVT IIII.

Solutio duplex.

SIcut itaq; est gemina obligatio, sic absque dubio est gemina solutio. Primam autem solutionem facit dñs semper per semetipsum: secundam verò quandoque per se solum, quandoque per ministrum suum. Obligationem nanque culpæ, solus dominus solet & valet dissoluere operatur eam tamen quãdoque cum nonnulla ministrorũ suorũ cooperatione: hæc tamen cooperatio non solet esse tãtummodo sacerdotum, verum etiã aliorum. Nec hanc quidem cooperãdi gratiam, aliqui habent in potestate, sed modò isti, modò illi accipiunt vel non accipiunt, pro diuina dispensatione. Soli autem sacerdotes licentiam, quam ij ligando & soluendo diuinitus acceperunt, habent in potestate, & possunt eam (prout ratio dictauerit) omni tempore exercere. Notandum autem quòd sub vno eodémq; momẽto, ad consensum criminis, consentientis animus triplici funiculo astringitur, & vinculis captiuitatis, seruitutis, damnationis, quantum in se solo

Eccle. 4.c

est, insolubiliter ligatur. Scimus nanq; quia funiculus triplex difficile rumpitur, verè & absq; dubio ad rumpendum difficilis est, qui nisi ab ipso solo, qui est trinus & vnus, dirrumpi non potest. Hic autẽ funiculus triplex

triplex ad rumpendum difficilis, eo ipso disrumpitur, quo anima peccatrix ab eo, qui omnia potest ad veram pœnitentiam compungitur. Præuaricator itaq; sub vno eodémq; tempore soluitur à culpæ obligatione, & à debito damnationis æternæ. Ex eo enim qd eius culpa finẽ accepit, simul & illud obtinuit vt eius pœna finem accipere posset, & pœna æterna in pœnam transitoriam transiret. Hinc est quod propheta Dauid verè pœnitẽs, & dicens: Peccaui, id statim ex prophetico oraculo accepit responsi, Dñs quoq; transtulit peccatum tuum. Statim nanque ad veram pœnitentiam transit pœna in pœnam, æterna in transitoriam, non purgatoria in purgatoriam. hinc est prophetica illa tam vera, quàm nota sententia. Quacunq; hora ingemuerit peccator, saluus erit. Sub eo nanque tempore quo salubriter ingemuit, causam veraciter obtinuit per quam saluari possit, si sub eodem momento de medio sublatus fuerit. In eádem sententiam currere videtur quod per Psalmistam dicitur: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ex hac prophetica sententia, datur intelligi, quòd ad veram contritionem & confessionẽ cordis, remittitur iniquitas

2. Reg. 12. d

Eccl. 18. e

quitas veraciter pœnitentis. Notandum diligenter q̃ non dicit: Tu remisisti peccatum meum: sed, impietatem peccati mei. Quod enim iniquitatis est & impietatis, & proculdubio æternam merebatur pœnam, statim ad verã pœnitẽtis animæ contritionem remittitur, quãuis quod impuritatis est, in eius peccato postmodum per trãsitoriã pœnã purgetur. Quid enim aliud intelligitur nomine impietatis, quàm specialis iniuria creatoris? ab ipso enim sumus, ab ipso habemus quicquid boni habemus. Quid ergo magis impiũ? quid potest esse magis iniuriosum, quàm contra tantæ pietatis Dominũ, eum qui viuit in æternum illud improbè cõmittere: quod, quantum in te est, non possis in æternum corrigere? Impietas itaq; peccati, tunc veraciter remittitur, quando ad verã præuaricatricis animæ pœnitẽtiam creatoris iniuria indulgetur: & cui æterna pœna debebatur, purgatoria sola, & trãsitoria mulctatur. Notandum autẽ hoc loco, quod infideles & criminosi baptisma cũ fide suscipientes, sic absoluũtur debito dãnationis, vt non teneãtur debito expiationis: fideles verò & criminosi post lapsum verè pœnitentes, sic absoluũtur debito dãnationis, vt tamen teneantur sub debito expiationis.

CAP.

CAPVT V.

VEra pœnitẽtia, eſt abominatio peccati cũ voto cauẽdi, cõfitẽdi, ſatisfaciẽdi: quatuor nãq; iſta debet habere pœnitẽtia vera. Duo ex his nos docet conſcientia propria: reliqua duo doctrina authentica. Quem enim propria conſciẽtia nõ doceat qđ accepta iniuria, nec homo ab alio quã ab homine pacari valeat, niſi eum de illata iniuria pœnitere & iterare nolle confidat. De remedio autẽ cõfitẽdi, eſt illud beati Iacobi apoſtoli: Cõfitemini, inquit alterutrũ peccata veſtra. De exhibenda autẽ digna ſatisfactione, habet illud Ioannis Baptiſtę: Facite, inquit, dignos fructus pœnitẽtiæ. Prævaricator itaq; & pœnitẽs, debito cõfitẽdi & ſatisfaciendi tenetur, quandiu diuinitus tẽpus & opportunitas ei in hoc ipſum conceditur. Eget ergo ſacerdotis abſolutione, quãdiu datur hoc poſſe. Solus nãq; ille ſub hac conditione non tenetur, cui exequẽdi facultas diuinitus denegatur. Ea quæ hucuſq; iã diximus, idcirco prælocuti ſumus, vt plenius intelligamus in liberatiõe & abſolutione peccatorũ, qđ dñs faciat per ſeipſum ſolũ, qđ p ſe ſimul & miniſtrũ ſuũ, quid aliquãdo per miniſtrũ ſuũ ſolũ. Nunc itaq; illi cõſiderationi diligẽti' inſiſtamus, propter quod totũ negotium ſuſcepimus,

Iaco. 5. d.

Matt. 3. b

CAP.

CAPVT VI.

SCiendum itaque quòd ſacerdotalis illa poteſtas ligandi atq; ſoluendi, maximè verſatur circa geminum modum expiãdi. Expiandi ſiquidem modus, cõſiſtit in duobus. Nam quia nullum peccatum impunitũ, oportet vt expietur, aut in hac vita iuxta arbitrium ſacerdotis per dignum pœnitentiæ fructum: aut in vita futura iuxta diuinum arbitrium per ignem purgatorium. Habet itaq; peccatrix anima à ſolo damnationis debito relaxata, & adhuc debito expiationis obnoxia: habet, inquã, & quomodo per ſacerdotale officium poſsit vtiliter ligari, & vnde egeat miſericorditer abſolui. Verè nanq; pœnitens libenter ſubit iudiciũ humanum, vt meritò euadere poſsit iudiciũ diuinum. Ligatur ergo per ſacerdotem debito dignæ ſatisfactionis: & abſoluitur ab illo, quod ignem meretur debito futuræ purgationis. Eoipſo nãq; quo deuotè ſuſcipit ſententiam humanam, meretur euadere ſententiam diuinam. Ecce, quomodo habes quòd ſub vno eodemq; tẽpore homo ſoluitur atq; ligatur: de hac ligandi atq; ſoluendi poteſtate à Domino dictam intellige. Quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in

Matt. 16

& in cælis. Notãdum autem quòd quemadmodũ in diuina absolutione transit pœna in pœnam, æterna in trãsitoriam: sic in sacerdotali absolutione transfertur sentẽtia in sententiam diuina in humanã. Vtrobique ergo peccator soluitur, vtrobique ligatur. Sed ibi, absolutio est causa obligationis: hic econuerso, obligatio est causa absolutionis. Hinc est quod quum ad Petrum dicitur, Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis: præmittitur, quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Nam (vti iam diximus) à Deo ipso in posterũ absoluitur à debito animaduersionis, quod hic interim ab homine ligatur debito præsentis satisfactionis. Ad hanc soluendi potestatem & illud pertinere videtur, quod à domino apostolis omnibus & in ipsis, omnibus eorum vicariis dicitur. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quid enim est peccata remittere, nisi districtionis sententia, quæ peccatis debetur, relaxando absoluere, & absoluendo relaxare? Et quid est peccata retinere, nisi non verè pœnitentes nolle absoluere? Multi enim contentiũ absolutionem quærũt, qui tamẽ crimina sua ex toto deserere nolũt. Multi cautelam de futuro promittunt, sed satisfacere nolunt. Ioan. 20. f.

Eiusmodi omnes, eo quod vere non pœnitent, proculdubio absolui non debent.

Quid vere penitere.

Hoc est enim vere pœnitere, de præterita prævaricatione dolere, cum firmo proposito confitendi, satisfaciendi, & cum omni cautela cauendi. In hunc modum pœnitentes, merito debent absolui: alioquin, sine absolutione remitti, & hoc est peccata retineri.

CAPVT VII.

ECce, ex his quæ iam diximus manifeste intelligere poterimus in resolutione peccatorum quid dominus faciat per semetipsum: sane soluit vinculum obdurationis: per se simul & ministrum suum, debitum æternæ damnationis: per ministrum vero, debitum futuræ purgationis. Primæ nanque resolutionis potestatem sibi soli reseruauit: secundam vero resolutionem, per se simul & ministrum facit: tertiam autem, dominus non tam per seipsum quam per ministrum suum facere consueuit. Recte quidem dicitur quod dominus vere pœnitentem à vinculo damnationis absoluit: recte nihilominus quod sacerdos hoc facit. Et dominus quidem ad confessionem cordis, & sacerdos ad confessionem oris. Sola enim cordis confessio pœnitenti ad salutem animæ sufficit veraciter,

veraciter, cum articulus neceſſitatis, oris confeſſionem & ſacerdotis abſolutionem, excludit. Vnde recte dicimus, quòd tunc dominus abſoluit. Sed quoniam oris confeſſio, & ſacerdotis abſolutio, à vere pœnitente exigitur, quandiu diuinitus ei in hoc ipſum facultas conceditur recte quidem debitæ damnationis abſolutio etiam ſacerdoti aſcribitur. Ecce habemus cur huiuſmodi abſolutionem tam domino, quam miniſtro aſcribimus.

CAPVT VIII.

NVnc illud quidem dignum conſideratione videtur, cur illa ſolutio, quæ eſt à debito futuræ purgationis, ſacerdoti ſpecialiter attribuitur. Sed ſcimus quod vere pœnitens, ſine ſacerdotis abſolutione, æternam damnationem euadere poteſt cum eam habere non poteſt. Sed non æque dicimus, quod ſine ſacerdotis abſolutione, & iuncta ſatisfactione, debitum futuræ purgationis vere pœnitens euadere poſſit, quoties eas articulus neceſſitatis excluſerit. Notandum, quòd vinculum damnationis dominus ſoluit conditionaliter, miniſter vero domini ſimpliciter, & vt ſic dicam, integraliter. Pœnitentem nanque à debito damnationis Deus abſol

nit sub tali conditione, vt eum oporteat, prout potest, sacerdotis absolutionē quærere, & ad eius arbitrium debito more satisfacere. Nam si facere neglexerit, periculum æternum non euadit. Sacerdotis autem absolutione susceptā, & cōditione qua tenebatur suppleta, etiam si statim mori contigerit, æternam damnationem euasit. Sed sicut debitum æternæ damnationis conditionaliter soluitur à domino, sic pro certo debitum futuræ purgationis conditionaliter soluitur à seruo. Nam quilibet criminosus, per sacerdotem absolutus, tenetur sub conditione soluendæ satisfactionis, vt possit euadere incendium futuræ purgationis. Debitum itaque damnationis æternæ soluit sacerdos integrè & absolutè: debitum futuræ purgationis, sub conditione. Nam firmum propositum satisfaciendi habentem, siue exequendi tempus habeat siue non habeat, absolutio sacerdotis liberat à debito damnationis sed non æque & à debito futuræ purgationis.

CAPVT IX.

ITerum & illud notandum quod ad sacerdotale officium pertinet gemina ligatio, sicut & gemina solutio. Alia est nāque solutio, qua soluunt pœnitentes à debito

damna

damnationis : alia est illa qua soluunt eiusmodi à debito futuræ purgationis. Sic alia est illa ligatio qua ligant veraciter pœnitentes debito iniunctæ satisfactionis : & alia qua ligant intoleranda committentes : nec tamen pœnitentes, vinculo anathematis. Illos ligant, vt à periculosiori vinculo absoluant istos, vt ad pœnitentiam adducant. De illa ergo absolutione quæ præuaricator à debito damnationis absoluitur, intelligitur illud quod à domino dicitur. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis : & quorum retinueritis, retenta erunt. Nam valent & debent sacerdotes veram pœnitentiam, & debitam satisfactionem suscipientium peccata remittere, & à debito damnationis absoluere : cæteros vero sine absolutione remittere. Sed & illud quod dicitur ad Petrum, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis : & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis : de illa specialiter absolutione debemus intelligere, qua solent sacerdotes & debent ligando absoluere, & absoluendo ligare. Nam eo ipso soluunt pœnitentes à debito futuræ purgationis, quo eos ligant debito præsentis satisfactionis.

Ioan. 20. f

Mat. 16. c

CAPVT X.

CONstat itaque quod superius iam diximus, quod illud vinculum quod est ad obligationem culpæ, solus dominus valet & solet per semetipsum soluere: illud autem quod est ad obligationem pœnæ, tum per semetipsum, tum per ministrum suum solet dirumpere. In resuscitatione autem Lazari, inuenies vtrunque figurari. Hunc enim dominus & resuscitat per semetipsum, & soluit ministerio famulantium. Per ipsum ergo dominum soluitur à vinculis interioribus: officio vero obsequentium, à vinculis exterioribus. Quis nesciat quod mors membra morientium adeo insolubiliter ligat, vt nullum eorum officium suum implere, sed nec ad modicum mouere se valeat? Ab his vinculis Dominus Lazarum soluit, quando eum ad vitam animauit. Suscitato autem Lazaro, & à mortis vinculis absoluto, dicitur à domino, Lazare, veni foras. Quid est hominem prius sepultum foras venire, nisi mortali culpa obligatum quemlibet, tenebrosum illud lapideæ obdurationis suæ latibulum sponte deserere? Et quid est institis vinctum foras prodire, & se oculis domino assistentium, ingerere, nisi his qui soluendi potestatem acci

accipiunt, quibus peccatorum vinculis ad diuinæ vltionis sententiam astrictus teneatur per oris confessionem ostendere? Soluite (inquit) eum, & sinite abire. Bene autem de suscitato & ligato dicitur, soluite eum, & sinite abire. Si enim solutus prius non esset: liberam eundi & intrādi domum suam facultatem non haberet. Scimus absque dubio, quia peccator & pœnitens, quousque debito damnationis vel futuræ purgationis tenetur, nec soluitur, domum illam quam Paulus describit, intrare non poterit. Scimus (inquit) quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum nō manufactam, sed æternam in cælis. Hāc domum, post huius terrestris solutionem, libere intrat qui in hac vita minimè contraxit quod in futura vita purgare oporteat, alioquin oportebit vt prius debitū purgationis exoluat. Si quis vero contraxit quod acerba & diuina purgatione dignum fuit, si per iniūctam & per expletam satisfactionem in hac vita absolui meruit: soluta terrestris huius habitationis domo, in illam statim æternæ quietis mansionem lætus intrabit. Hinc ergo perpendi potest, quomodo ingressum paradisi & ianuam cæli, quam diuina seueritas cri- 2. Cor. 5.

minaliter agentibus claudit, accepta diuinitus potestas ligandi atque soluendi, pastorali ministerio, aperire consueuit Potestas itaque ligandi atque soluendi, videntur esse claues illæ, de quibus à domino dictum est ad Petrum, Et tibi dabo claues regni cęlorũ. Ecce iam habemus quod quęrere proposuimus: habemus quę sit illa po
Mat. 16. c. testas ligandi atque soluendi sacerdotibus data: quomodo vel quorum valeant & debeant remittere vel retinere peccata.

CAPVT XI.

SEd adhuc pergis & dicis. Si nõ possunt quoslibet ligare pariter & absoluere, quorumlibet peccata remittere, quorumlibet retinere: quid est quod generaliter dicitur ad Petrum, Quodcunque ligaueris, quodcunque solueris? Similiter & generaliter proponitur, quod apostolis omnibus in commune dicitur. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt. Merito te hæc quæstio moueret si dominus Petro dixisset. Quodcunq; volueris ligare, ligatũ erit & quodcunque volueris soluere, solutum erit: sed hoc non dixit, nec sic intelligi voluit. Si quis ligare voluerit, quod ligare nõ potest nũquid idcirco ligatum erit? Quis hoc dicat?

cat? Non ergo dicit quæcunque ligare volueris, sed quodcunque ligaueris, ligatum erit & in cælis. Ille vtique verè ligatur, qui iuxta confessionis suæ tenorem iusto satisfactionis debito obligatur. Ille sacerdotali officio veraciter absoluitur, cuius peccatum ad condignam satisfactionem iustè remittitur. Ligat itaque & absoluit sacerdotis sententia iusta, neutrum vero sacerdotis sententia iniusta.

CAPVT XII.

SIc sanè peccata eorum pro certo remittuntur, qui iustè absolui merentur: illorum verò peccata procul dubio retinentur, non quibus iniustè, sed quibus iustè peccatorum absolutio denegatur. Quod igitur ad Petrum dominus dicit, idem valet, ac si aliis verbis diceret. Quod ligatum aut solutum fuerit à te, ligatum vel solutum erit & apud me: Qui à te debitæ satisfactionis iniunctione constringitur, apud me eiusdem satisfactionis debitor tenetur: & qui à te debitam peccatorum suorum absolutionem meruit, ex meo iudicio pro hac parte vlterius artari non poterit. Iuxta hunc modum & id intelligere debemus, quod dicitur apostolis omnibus. Quorum remiseritis pec-

cata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Peccata siquidem delinquentium, apud dominum remissa vel retenta erunt quæ per ministros suos sacerdotes iustè vel remissa vel retenta sunt. Quod vtrunque ab eis tunc veraciter fit, quando ad quodlibet exequendum canonico ordine incedunt, neutrum enim pro voto, sed pro merito & ordine instituto facere possunt. Extat quorundam de potestate ligandi & soluendi sententia tam friuola, vt ridenda videatur potius quam refellenda. Putant enim & prædicant sacerdotes non habere potestatem ligandi atque soluendi, sed ostẽdendi homines esse solutos siue ligatos. Sed nunquid dominus dicit. Quodcunque ligatum ostenderis, erit ligatum & quodcunque solutum ostenderis, erit solutum? Dico, apostolicos viros peccata remittendi vel retinendi potestatem nõ habere, cum dominus hoc dicat. Dicunt eos tãtummodo habere potestatem vtrunque ostendendi: cum dominus hoc nõ dicat. Quorum remiseritis (inquit peccata non, quorum remissa ostenderitis, remittuntur eis. Dicunt quia in remittendis vel retinendis culpis id iuris & officij habent euangelici sacerdotes, quod olim sub lege habebant legales in curandis lepro

Quorundam sententia de potestate sacerdotũ.

leprosis: Non autem habebant illi legales potestatem curandi: sed iudicandi & ostendendi vtrum essent, an non essent, qui putabantur, leprosi. Ecce concedimus quod isti & illi idem habent officium: illi, discernendi inter lepram & lepram: isti, diiudicandi inter culpam & culpam. Et vtinam quã vere id officij habent: tam digne & exercerent.

CAPVT XIII.

SEd illud quæro vtrum accipiant ex ordinatione, an potius ex eruditione inter lepram & lepram, inter culpam & culpam posse discernere? Audacter dico, quia si sine discernendi scientia ad ordinationem accedunt, sine illa inde recedunt: & si cum illa eunt & redeunt, aliunde habuerunt. Constat itaque quod cõsequens est, quia si in ordinatione nõ accipiunt potestatem aliam, ergo nec aliquam. Vbi ergo erit illa potestas ligandi atque soluendi? Sed dicunt ad ista. Quid est culpa, nisi lepra? & quid est lepram mundare, nisi culpã amputare? Misit autẽ dominus leprosum ad sacerdotẽ, nõ vt eũ mũdaret, sed vt eũ sacerdos mundatũ ostẽderet. Sed absq; dubio, neutrũ domin⁹ iubet, vt ad hoc vel illud iret. Vade (inquit) ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses. Matt. 9.

Sicut

Sicut non dicit vade ad ſacerdotem, vt te mundum reddat: ſic non dicit, vade ad ſacerdotem vt te mundū oſtendat. Vnū dominus fecit, tria præcepit Leproſum mundauit, ſimul & præcepit ire, oſtendere, & offerre. Quid eſt Leproſum mūdari, niſi peccatorem quemlibet peccatorum ſuorū ſordes abhominari? Quid eſt mundatum Leproſum ire, niſi prioris vitæ ſtatū relinquere, peccata prius perpetrata deſerere? Sacerdoti autē ſe oſtendere, eſt qualis prius fuerit, cuius propoſiti modo ſit, per confeſſionem aperire. Offert munus & quale moyſes inſtituit, qui ad omnem canonicæ inſtitutionis ſatisfactionē iuxta ſacerdotis arbitrium ſeipſum exponit. In primo cōſideratur odiū peccati, in ſecundo votū cōtinēdi, in tertio propoſitū cōfitendi, in quarto ſtudiū ſatisfaciendi. Votum continēdi, hoc loco largè accipitur, non tantum continendi à libidine, verumetiā à quolibet crimine, pro certo in vera pœnitētia quatuor iſta omnino ſunt requirenda. Vbi aliquod horū deeſt, vera pœnitentia non eſt: ſine qua & peccatorum lepra mundari non poteſt. Quādo deus dat animæ peccatrici odiſſe quod prius amabat, deteſtari quod antea deſiderabat cū voto cōtinēdi, cōfitendi, ſatisfaciēdi efficitur ſtatim emūdatio integra

gra & plena leprosi. Quid est autẽ leproso in lepræ emundatione tria illa præcipere, nisi votum continendi, confitendi, satisfaciendi per internam aspirationem purgandæ animæ persuadere?

CAPVT XIII.

SEd hæc omnia (inquit) dominus per semetipsum operatur, quid ergo sacerdoti relinquitur? Multũ: per omnẽ modum, & verè magnum & valde magnum. Sicut aliud est resuscitare mortuũ, & aliud soluere vinctum: sic aliud est leprosum mundare, & aliud eius vincula soluere. Nũquid ergo (inquit) leprosus ille ligatus erat. Tu es magister in Israël, & hæc ignoras, Verè vtique verè ligatus erat, duræ necessitatis nodo, quo eũ Moyses astrinxerat. Omni, inquit tẽpore quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. O vinculum durum & valde detestãdum quo quis, quandiu ligatur, insolubiliter tenetur, vt ei omnino non liceat vel castra Christo mili tantium ingredi, vel ad propria reuerti. Nonne leprosum, sed mũdatum sacerdos ligat & soluit? Ligat in reddenda debitæ satisfactionis & purgationis hostia. soluit in indulta reuertendi licentia. Et si vultis recipere emundatio leprosi, non est tantum vna, sed trina, vnã ex his tantũ facit dominus

Leui. 1. f

nus per ſemetipſum cęteras duas, per mini ſtrum ſuum. Sed quæ ſit leproſi hæc trina emundatio relinquatur interim lectoris iudicio.

CAPVT XV.

NOtandum autem in curandis leproſis, quod quidam ſtatim purgãtur, & ſic ad ſacerdotem mittuntur. Quidam vero mittũtur, & in eundo curãtur. Sunt qui, ad primam pœnitentię ſuę compũctionẽ, habent animũ promptum & paratum ad omne veræ pœnitentię debitum ſoluendũ. In illis itaq; nulla eſt emundationis mora, qui in ipſa compunctione ſua gratiam accipiunt, ad tria illa ſuperius iam dicta paratum animum habentes, ad continendum confitendum, ſatisfaciendum. Quidam vero ad pœnitẽtiam compũcti, propoſitum quidem habent continendi, confitendi, ſed ad condignam ſatisfactionem ſunt tepidi. Hinc eſt quod decem illis leproſis, duo tantum præcipiuntur: de tertio vero tacetur. Luc. 17. d Ite (inquit) & oſtendite vos ſacerdotibus: nec iis præcipitur offerre aliquod munus. Tantum potuerunt quantum diuinitus ac ceperũt. Vt enim dominus oſtẽdat omnia bona noſtra ab ipſo eſſe, gratiã ſuam quandoque exhibet in vno, ſubtrahit in alio. Videsillud (vt credo) quam merito differtur

emum

emundatio, quibus deest veræ pœnitentiæ plenitudo. Dū irent (inquit) mundati sunt. Quid est ire, nisi proficere? Eunt igitur, qui ex eo quod iam acceperunt, proficiunt ad id posse quod prius non potuerūt. Qui ergo de perpetrato iam malo magis magisque iam dolendo per votum continendi & confitendi ad votum satisfaciendi proficiunt, & votum voto adiungūt, quia veræ pœnitentiæ perfectionem iam tenent, peccati lepram velut eundo deponunt. Nota quod plures sunt, quorum emundatio differtur, comparatione eorum qui sine mora mundantur, quia magis abundant ad satisfactionem pigri, quam ad satisfactionem prompti.

CAPVT XVI.

EXante iam dictis habemus quod sunt multi qui curantur in sacerdotis præsentia. Nam & in resuscitatione Lazari præsentes erant, & quibus soluendus fuerat. Alij itaque curantur sub ipsa missione, alij in ipsa profectione, alij vero in ipsa peruēctione. Ex his enī qui ad sacerdotē veniūt, sunt multi qui solā volūtatē confitēdi habēt: sed voto cōtinendi seu etiā satisfaciendi, funditus carent. Adeo enim corrrupti sunt iā ex praua consuetudine: vt omnino diffidāt se posse cōtinere vel ad satisfactionem

nem ſufficere Eiuſmodi nomen nonnulli poſt multam ſacerdotis exhortationem, ſeu etiam poſt longam diſputationem, dum de ſola domini miſericordia, non de propria induſtria prę ſumere docentur, per viſitantem gratiam ad veram pœnitentiam compuncti in vitæ nouitate diuinitus animantur. Perpendis ex his (vt credo) quàm ſit multis eiuſmodi vtile ad confeſſionem feſtinare.

CAPVT XVII.

SVnt vero nonnulli, qui prædictorum trium nullum habent, ſed velut monumento lapideo, & lapide ſuperiecto, in Lazari modum, mortui iacent. Lapideo monumento mortuus tenetur: qui in præuaricatione ſua per multã animi obſtinationẽ obduratur. Lapidea moles in peccatis mortuo ſuperponitur, quando ex diffidentiæ magnitudine, ſpes quam ad deum habere debuerat, intercluditur. Tollite (inquit) lapidem. Quid eſt lapidem tollere, niſi per exhortationis gratiam diuinitus datam obduratæ diffidentię molem funditus ſemouere, & radianti deſuper lumini viam aperire? Iuxta illud Eſaiæ, Parate vias domini, Eſa. 40 rectas facite ſemitas Dei noſtri. Tunc autem paſtoralis cura in hoc ipſum non inaniter

niter laborat: cum dominus hoc fieri disponit & imperat. Quid est enim hoc animum pastoris interna allocutione vrgere, & gratiam dare? Tunc autem domini minister vtiliter agit quod suum est pastoris, cùm ipse dominus dignatur operari quod suum est saluatoris, Lazare (inquit) veni foras. In hac vna vocitatione, tria dat intelligere. Qui exit, locum deserit in quo prius fuit. Est enim foras exire, seipsum foris astantium aspectibus ingerere. Idem vero est venire, quod vocanti appropinquare. Quid est autem resuscitatum inde vbi mortuus iacuerat exire, nisi peccatum suũ penitus & in perpetuum deserere? Quid est vinctum quemlibet eorum se aspectibus per quos solui poterat præsentare, nisi criminosum quemlibet quibus peccatorũ nexibus tenebatur, suipsius accusatione offendere? Vocanti domino appropinquant qui dignis pœnitentiæ fructibus deum de die in diem placãt. Primum pertinet ad votum continendi, secundum ad votum confitendi, tertium ad votum satisfaciendi. Ecce quomodo quidam in pastoris præsentia accipiunt triplex hoc votum, quod prius omnino non habuerunt.

CAPVT XVIII.

SEd nunc ad illud redeamus propter quod prædicta omnia digeſsimus. Diſtinguamus diligẽter quid dominus faciat per ſemetipſum, quid faciat per miniſtrum ſuum. Per ſemetipſum reſuſcitat mortuũ: per miniſtros ſoluit ligatum. Per ſemetipſum mundat leproſum: miniſterio ſacerdotis reducit eiectum. Mortuum reſuſcitare, leproſum mundare, ad idem videtur reſpicere. Nam vtrobique ſoluitur obligatio culpæ. Sed & vinctum ſoluere, vel eiectum reducere, ad idem nihilominus videtur reſpicere: quoniam vtrobique ſequitur obligatio pœnæ. Leproſus mundatur, quando peruerſus quiſque prauitatis ſuæ ſordibus diuinitus exuitur. mortuus reſuſcitatur, quando peccato captiuatus, ad bene viuendum diuinitus animatur. Poſt emundationem lepræ, ſacerdotali officio interueniente eiectus prius in ſua reducitur quando æternæ quietis manſionem quam peccando amiſerat, per iniũctam ſatisfactionem recuperaſſe cognoſcitur. Inſtitis inuolutus & à domini miniſtris ſolutus, abire & ad ſua redire permittitur, quando per abſolutionem & conſilium ſacerdotis ad vitæ nouitatem reformatur.

CAPVT XIX.

AD ea quæ superius dicta sunt, quidam quidem oppugnant & dicunt, Qui veraciter de suis criminibus pœnitentes, pro certo iam charitatẽ habent: alioquin, quod scribitur, quomodo de eis rectè intelligitur? Quacũque hora peccator ingemuerit, saluus erit. Nemo enim qui charitatis capax est, sine charitate saluari potest. Sed (vt putant) qui charitatẽ habet, debito dãnationis æternæ teneri non valet. Quomodo ergo sacerdos eũ ab eiusmodi debito absoluit, siante sacerdotalẽ absolutionem charitate interueniente absolui iam meruit? Sed absque vlla dubitatione, patriarchæ & propheræ charitatem habuere, & tamen tenebantur debito damnationis æternæ. Alioquin nec ad inferna descẽderent, nec Christi morte, nec vlla redemptione egerent. Absque vlla igitur ambiguitate tenebantur debito damnationis æternæ: non quod eis æterna fuerit, sed quod eis æterna fuisset, nisi mors Christi eos ab hoc debito absolueret. Cõstat ergo quod vtrũmq; simul cõtingat, vt & homo charitatẽ habeat, & eũ adhuc debitũ dãnationis teneat. Nõne (inquiũt) iste peccator Christi membrũ esse cœpit, ex quo charitatẽ habere cœpit. Quomodo ergo poterit

Oppositio ad prædicta.

Bifariam homo dicitur membrū christi.

esse membrū Christi, & debito damnationis teneri. Membrum Christi dici potest homo secundum geminam considerationem: aut secundum prædestinationem, aut secundum habitudinem. Secundum prædestinationem potest quis membrum Christi esse & necdum charitatem habere: & conuerso, Christi quidam membrum non esse, & charitatem habere. Iuxta nanque domini testimonium, refrigescit charitas multorum. Secundum ergo hanc acceptionem, contingit hominem esse membrum Christi, & adhuc vinculo debitæ damnationis teneri. Secundum habitudinem autem, membrum Christi dicitur, quando in se habet vnde hoc ipsum efficitur: sed nunquid membrum Christi charitas illa facit quæ ad tempus inardescit, & in modico refrigescit? Absque dubio qui perseueranter charitatem nunquam accipiunt, nunquam de veris illis Christi membris fuerunt, qui corporis eius integritatem perficiunt. Secundum quandam tamen acceptionem possumus & solemus charitatem transitoriam habentes membra Christi dicere propter membrorum ipsius conformitatem, quam ad tempus videntur habere.

CAP

CAPVT XX.

SED vt à pie quęrentibus omnem ſcrupulum amoueamus, dicimus quòd triplici modo membrũ Chriſti dici ſolemus. Prædeſtinatione, præparatione, concorporatione. Prædeſtinatione, qui ad vitam diuinitus præordinatur. Præparatione, quando paganus & falſus Chriſtianus veraciter compungitur, & ad veritatem & charitatem imbuitur. Concorporatione, quãdo ille per corporis ablutionẽ, iſte per ſacerdotis abſolutionẽ, eccleſiæ Chriſti cõſociatur. Primum, agitur propoſito diuinę voluntatis: ſecundum propoſito propriæ deliberationis: tertium verò officio ſacerdotis. Ex corporali aduertere poſſumus, quid de ſpirituali ædificatione ſentire debeamus. Ecce de ſylua lignum eligitur, vt in ædificio ponatur: poſtea dolatur, & ad modum formámque congruam dolando præparatur: ad vltimum ædificio connectitur, & ipſi ſuo in loco coaptatur. Ecce quomodo vnum idémq; lignum fit ædificij membrũ. Primò ſola electione, ſecundò præparatione, tertiò cõpaginatione. Sic ſanè multi iam ſunt membrũ Chriſti prędeſtinatione, necdũ tamen præparatione. Multi vero prępparatione, ſed necdũ tamen cõcorporatione. Augu. cũ adhuc infidelis

Membrũ Chriſti tri fariam ac cipitur.

esset secundum prædestinationem membrum Christi fuit. Conformitatis præparatione membrũ Christi extitit, eũ corde credens, & deuotione feruens ad baptisma festinauit. Baptizatus verò & ecclesiæ consociatus, membris Christi concorporatus fuit. Siquis ergo charitatem habet ante susceptum sacramentum reconciliationis nostræ, dici potest membrũ Christi quadam conformitatis præparatione, necdum tamen concorporatione. Per mortem enim Christi, Deo reconciliamur, & per baptisma, Christo cõsepelimur, & membris eius cõcorporamur. Ex his iam patet (vt arbitror) iuxta, quam acceptionem possit quis membrũ Christi dici & debito damnationis teneri. Secundum quod dictum est de pagano, intelligi potest quid sentiendum sit de criminoso & pœnitente Christiano.

CAPVT XXI.

SEd dicis ad ista fortassis, quod alia sit conditio Christiani & alia Gentilis. Putas fortassis quod quilibet Christianus sub ipsa hora veræ compunctionis soluitur à debito damnationis, quamuis aliter sentiendum sit de non baptizatis. Nemo enim absoluitur à debito damnationis, nisi participatione nostræ redemptionis. Per baptisma verò, cæteráque Christi

sacram

sacraméta, homo accepit: vt eius particeps fieri possit, dico autem quoniam quod baptizando accepit Paganus, peccando perdit criminosus Christianus. Nam participium sacramentorum Christi criminator amittit, quod prius in baptismate accepit. Audacter dico, si ante sacerdotis absolutionem ad cõmunionem corporis & sanguinis Christi accesserit, iudiciũ sibi pro certo manducat & bibit, etsi eum peccasse iam multum pœniteat, & vehemẽter doleat & ingemiscat. Qua ergo ratione contendis & dicis, quod intimè pœnitẽs ante accessum ad sacerdotem, à debito damnationis solutus est, qui ante sacerdotis absolutionem salutis nostræ sacramentis nisi ad damnationis cumulum participare non potest? Tam itaq; criminosus Christianus, quàm quilibet paganus eget reconciliatione, & vbi necessitas non obstiterit, vtraque efficienda per officium sacerdotale, ista per ablutionem, illa per absolutionem.

CAPVT XXII.

ET si vultis nosse, & potestis patienter audire, facilius reconciliatur Paganus post crimina centum, quàm Christianus quilibet post vnum solum.

Hinc est, quod cuilibet Pagano quantumlibet criminoso, accepto baptismate,

nulla iniungitur ſatisfactio. Chriſtiano autem criminaliter peccanti, ſed iam pœnitenti & confitẽti, nõ ſufficit ſacerdotis abſolutio ſola ſine ſatisfactione iniũcta. Sola verò Chriſti hoſtia mactata, videlicet, caro ſatisfacit pro recenter baptizato. Per ignorantiam enim peccãtibus ad expiationem ſatisfacit hoſtiæ, per legem determinatæ, oblatio. Sed voluntariè peccantibus iuxta apoſtolum, non relinquitur hoſtia pro pec
Heb. 10. cato. Quod in lege myſticè prçcipitur, hoc ſub iſto tempore amoto, figuræ vel animæ
Leuit. 4 quotidie verius adimpletur. Præcipitur in lege, vt anima quæ per ignorantiã peccauerit, hoc vel illud pro peccato offerat & dimittetur ei, quòd per ignorantiã commi
Exo. 21 ſerat. Sed de voluntariè peccãtibus præcipitur reddere animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dẽte, manum pro manu, pedem pro pede. Quicquid ab infideli committitur, inter peccata ignorãtiæ deputatur: nam etſi ſciat ſe peccaſſe cùm peccat, neſcit tamẽ examinare põdus peccati. neſcit enim illud nõ poſſe expiari niſi per mortem hominis Dei. Caligo itaq; huiuſmodi ignorantiæ, ſupra modum leuigat immanitatẽ culpæ. Chriſtiani verò, qui ſe cognoſcunt redẽptos à morte per mortẽ Chriſti, proculdubio non poſſunt per huiuſmo

iuſmodi ignorantiam excuſari. Ad plenam itaq; ſatisfactionē pro peccato illis hoſtia conceditur, iſtis omnino non relinquitur. Vbi peccatum per hoſtiā expiatur, alienæ potius quàm propriæ carnis mactatione reconciliatur. Infideli itaq; conuerſo, & in Chriſti fide baptizato, nulla ſatisfactio, nulla carnis afflictio iniūgitur, cui propter priorem ignorantiam ad expiationem peccati hoſtia conceditur: nam per paſſionem & mortē Chriſti, ab omni reatu ad plenū purgatur. Criminoſus autē Chriſtianus, quoniam per infidelitatis ignorantiam de ſuis criminib⁹ nullatenus excuſatur in propria carne punitur: & quaſi volūtariè peccanti, poſt acceptā veritatis notitiam, voluntaria ſatisfactio iniūgitur. Et quod contra Deum iam non ignorāter præſumpſit, non ſola hoſtiæ oblatione, ſed propriæ carnis maceratione, & mortificatione purgatur. Ecce qđ ſuperius iam diximus, quod difficilius expiatur criminoſus Chriſtianus quàm criminoſus paganus. Sed cur, quæſo, expiatur difficilius, niſi quia offendit grauius? Dicis ꝙ Chriſtianus criminoſus & pœnitens, ſoluitur à debito damnationis ante ſacerdotis abſolutionē, & non audes dicere quod paganus criminoſus & pœnitens, ab eodem debito ſoluatur ante

sacerdotis absolutionem, & non attendis, quàm sit contra existimationem, imò & contra omnem rationẽ, vt dicatur statim ad veram pœnitentiam solui qui peccauit maius, & non dicatur statim ad veram pœnitentiam solui qui peccauit minus. Constat in commune, quòd nemo possit impœnitentem absoluere. Secundũ quosdam verò, nemo pœnitentem absoluit, quoniam sub ipsa compunctionis hora (vt dicunt) absolutionem diuinitus accepit. Sed si nemo absoluit impœnitentem, nemo pœnitentem, ergo nemo neminem. Sed qui hoc credit, fallacem facit eum qui
Ioan. 20. f dicit: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Constat ergo pro certo, quod sacerdotes peccata remittunt, pœnitentes absoluunt. Peccator quacunque hora ingemuerit, in hoc sanè saluus erit: quod de tali qui absolui non potuit, talis sit cui absolutio negari non possit.

CAPVT XXIII.

SVnt adhuc qui mirantur & quærunt, quomodo dicitur Deus vel Dei minister peccata remittere, cùm profectò inueniatur vterque pœnitentium peccata & puniendo expiare, & expiando punire? Quæ est (inquiunt) ista remissio vbi exigitur diuturna sæpe & satis molesta expiatio?

piatio? Ex his quæ longè ſuperius dixi, quod quæritur, quantum mihi videtur ſatis patet. Sed ad maiorem euidentiam, ante iam dictis aliquid addere, non me pigebit vbi oportet. In omni peccato, duo ſunt conſideranda: diuina videlicet iniuria, & committentis corruptela. Illud, eſt iniquitatis & impietatis, iſtud, inhoneſtatis & deformitatis. Vnum nanque idem peccatum, & iniquitas eſt quantum ad Deum, & deformitas quantũ ad ſeipſum. Omnis ſum. Hinc eſt illud Euangeliſtæ Ioannis: Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas. Proculdubio iniquitas eſt, quando quis proximum ſuum iniuſtè lædit & in hoc (vt arbitror) nemo non conſentit. Iniquitas eſt, quando aliquis Deum ſuum reprehendit, accuſat, blaſphemat, & nemo eſt (niſi mentis inops) qui id inficiari præſumat. Sed aliquis fortaſſis cùm in crapula, ebrietate, luxuria, & eiuſmodi cæteris ſuis deſideriis ſatisfacit, iniquitatem eſſe non credit, maximè ſi ſine proximi læſione id facit. Sed certè cùm hoc facit. Deum offendit. Quanta enim iniuria eſt creatoris, nobiliſſimam creaturam, & ad Dei ſimilitudinem factam, vitiorum ſordibus fœdare, & diuinæ ſimilitudini, ſimili

1. Ioã. 3.

similitudinem iumẽti superducere? Homo
Psal.46.d (inquit) cùm in honore esset, non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus,& similis factꝰ est illis. Cogitet homo quãta pro ipso creator suus fecerit, qualia pro ipso redẽptor suus sustinuerit: & inde poterit rectius æstimare quàm sit iniquũ, ve impium tanto Domino, tam benefico amico iniuriam pro beneficiis reddere: & ipsum,vel in modico offendere. Offendit autem qui corrumpit nobilissimum illud opus suum:corrũpit verò qui facit peccatum. Igitur qui peccatum facit,& iniquitatem facit,quia peccatũ ipsum(vt diximus) iniquitas seu etiam impietas est,inquantũ Deũ offendere, inhonestas & deformitas, inquantum committentem corrumpit: valet ergo Deus & solet in vno eodémq; crimine & id quod iniquitatis & impietatis est,remittere:& ꝙ inhonestatis & impuritatis est per semetipsum purgatorio igne mundare, vel quid in hoc purgationis debito remittendum, vel quid satisfactionis medela curandum sit, ministrorum suorum dispensationi committere. Quid tibi videtur summus ille medicus in eiusmodi opere feciſſe & quotidie facere, nisi illud quod ad suam iniuriam pertinet remittere, & ægrotãti seruo qualem corruptela

sua

ſua exigebat medelam adhibere? Hinc (vt arbitror) illud euidenter patet, quàm vera, quàm miſericordiæ plena ſit illa peccatorum remiſſio quã Deus facit, quando verè pœnitenti ſuam iniuriam & eo ipſo pœnam æternam remittit. Qui enim contumaciter præſumit, quod quantum in ipſo eſt, in æternum corrigere non poſſit, & ad eius iniuriam qui in æternũ viuit & omnipotens ſit, proculdubio debitum æternæ damnationis incurrit. Hominem autẽ diuinitus abſolui ab eiuſmodi debito, quanta, quæſo, & quàm ineffabilis miſeratio? Nunquid Dei beneficentiam obnubilat & non potius magnificat quod peccatricis animæ remediis quibus oportet & peccatum expiat & vitium purgat? Quis, quęſo, neget eſſe remiſſionẽ veram & miſericordiæ plenã, quando ad veram pœnitentiam diſſimulata iniuria propria, remittit pœnam æternam, inſuper & morbus ægroti adhibet medicinam? Hinc ergo poſſumus colligere, ſacerdotalis illa abſolutio, quãtæ virtutis ſit & excellẽtiæ, quę veraciter pœnitentem & ſtudioſè ſatisfaciẽtem liberat nõ ſolùm à truci incẽdio æterni ſupplicij, verumetiam à concrematione ignis purgatorij. Ex corporalibus morbis, perpendamus quid de ſpiritualibus ſentire debeam

beamus. Nouimus quoniam quidam cauterio, quidam curantur vnguento. Est autem magnum & misericordiæ plenũ quantumlibet acerbo remedio, à morbo curari mortifero. Quãta ergo, quæso, indulgentia, quantáve beneficentia id putrescentis morbi, leui mederi vnguento, quod post medicum, opus haberet curari cauterio? Quid autem est quælibet pœnitentialis satisfactio, nisi vnguentum lene in comparatione concremationis purgatoriæ: Ecce, habes quid debeas sentire tam de diuina quàm de sacerdotali remissione.

CAPVT XXIIII.

POssumus tamen dicere, quod aliud sit peccata remittere, aliud autem peccata dimittere, quamuis forte inueniatur vbi vnum pro altero ponitur. Peccata nanque dimittere, hoc est ex toto indulgere: peccata verò remittere, hoc est, debitã eis pœnã tẽperare, & ex maiori parte relaxare quantam ergo, quæso, peccati remissionem, vel pœnæ relaxationẽ putas, quando ex munere diuino pœna æterna in purgatoriam & transitoriam transfertur, vel sacerdotali officio illud purgatoriũ incendium in pœnam pœnitentialẽ transmutatur? Ecce iam habes quod ipse quæsisti, quæ videlicet vel qualis sit diuina seu sacerdotalis remissio:

vbi

vbi exigitur diuturna sæpe & satis molesta expiatio. Quod possint sacerdotes peccata remittere, & futura incendia pœnitentiali satisfactione extinguere, omnes in commune credimus & tenemus. Quod autem possint quælibet peccata quàtumlibet criminalia ex toto dimittere, & sine aliqua omnino satisfactione plenè & sine periculo indulgere, nec credimus nec tenemus. Vides certè quòd multùm sit inter remittere, atq; dimittere. Nam remittere, est pœnam peccati iuxta congruũ miserationis modũ temperare: dimittere, Deo totũ indulgere & sine animaduersione relinquere. Hinc est quod dicitur nobis: Dimittite, & dimittetur vobis, & meritò quidem vt non in parte iram reseruemus, sed ex toto dimittamus, qui totũ nobis dimitti volumus. Hinc est, quod dño in quotidiana oratione dicim⁹: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Sed qa iustitiæ simul & misericordiæ est inter parcendum ex parte percuti, & ad purgationis nostræ medelam proficit ex parte puniri, remittendi potius quàm dimittẽdi potestas cõfertur in eo quod dicitur: Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis. Inde est quod de remissione nõ de dimissione gratulatur, qui Domino confitetur,

Dimittere
Remittere

Mat. 6. b.

tetur : Tu remisisti impietatem peccati
Psal.31.a mei. Nam qui damnationis æternæ sententiam euaserat, purgationis suæ medelam non sine metu expectabat.

CAPVT XXV.

TRibus autē modis (vt mihi videtur) peccatorum purgatio agitur. Agitur aliquando secundum solam seueritatem, aliquando secundum solam pietatem, aliquando secundum moderationē vtriusq;, vt miseratio ipsa non sit sine nonnulla seueritate, nec seueritas sine miseratione. Siquidem in igne purgatorio est intolerabilis afflictio sine totius consolationis remedio, in voluntaria satisfactione, est afflictio cum multiplici cōsolatione in lauacro regenerationis plena emundatio nil habens afflictionis. Prima purgatio agitur per incendium. Secunda per flagellum. Tertia per lauacrum per incendium purgatorij ignis, scoria peccati excoquitur per flagellum satisfactionis, palea peccati excutitur per lauacrum regenerationis, peccati macula absq; pœna diluitur. Sunt multi qui in extremis veraciter pœnitent, sed morte preuenti tempus satisfaciendi non habent & his quidem in eorum peccatis, quod iniquitatis & impietatis est, ad veram eorum pœnitentiam remittitur, quod verò turpi

tudinis

tudinis & impuritatis, purgatorij igne excoquitur. Ex his dictum intellige quod in psalmo habes, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Alij cum magna deuotione ad confessionem veniunt & cum omni studio & solicitudine satisfactionem exoluunt, & turpitudinem suam charitatis operibus & virtutum varietate obducunt. Fit itaque in eis quod aliàs legis, quòd charitas operit multitudinem peccatorũ: in his adimpletur prophetica illa sententia. Beati quorum tecta sunt peccata. Multi post multa flagitia & blasphemias de Iudæis vel gentibus venientes, in Christo regenerãtur, quibus tamen pro præteritis malis nihil satisfactionis iniũgitur, quia renatis in Christo de ante actis malis, nihil imputatur. Pro eiusmodi quolibet puta esse dictum, Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Et sunt nonnulli qui tam profunde & intime pœnitent, & tanto deuotionis ardore in ipsa sua pœnitentia feruẽt, & tantum de domini pietate præsumunt, vt hoc ipsum eis ad peccatorum suorũ expiationem sufficiat, & dominum sibi per omnia placabilem reddant. Testatur hoc ipsum tam sero pœnitens ille euangelicus latro, qui statim audire meruit. Hodie mecũ eris in paradiso. Eiusmodi quilibet in eorum

Psal. 31

1. *Pet.* 4

Psal. 21. a

Luc. 23. f

meritum quibus à domino nõ imputatur peccatum, sed dimittuntur eis peccata multa quoniam diligũt multum. In his igitur quæ iã diximus luce clarius videtur quod per Psalmistam audimus: Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatum.

Psal. 31. a

FINIS.

DE VENERATIONE ET INVOCATIONE SANCTORUM, ac de honorandis eorum reliquiis aduersus Lutheranos, breuis Assertio.

PROLOGVS.

EMERSERVNT quidam, sub prætextu euangelij & vmbraculo veritatis, falsa dogmata disseminãtes, conturbantésque orbem Christianum, trãquillitatem Reipublicæ Christianæ, & fidei synceritatẽ. Qui sanè impudenter nimis, ne dicam impiè, imprimis asseuerant, duos cæli incolas & Christi cohæredes, non esse venerandos & colẽdos. Deinde diuorum opem & patrocinium nihili faciunt, & quod consequens est, postremò reliquias fastidiunt & subsannant. Atque hæc quidem patrare non reformidant contra ecclesiæ consuetudinem, tanto temporum interuallo confirmatam, contra sanctorum patrum testimonia, cõtra sacræ scripturæ genuinam & veram

Tres partes huius tractatus

veram intelligẽtiam. Ego vt illorum fraudulentis & peruersis conatibus obsistã, corrogaui aliquot authoritates ex locupletissimo penu sacrarum literarũ, quibus obtectus aduersariorum tela, partim in ipsos hagiomastigas, hoc est, diuorum calumniatores retorqueã, partim à Christiano grege & orthodoxæ fidei cultoribus propellã.

PARS PRIMA DE VENERATIONE SANCTORVM.

NVnc igitur (vt tecũ congrediar, insane diuorũ irrisor) illũ esse venerandũ negabis, quẽ pater cælestis honorificat? assertor noster Christus apud Ioã. 12. ait: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Diuos qui Christũ imitati sunt, qui Christo ministrauerunt, qui animam suam in hoc mundo oderunt, vt in vitam æternam custodirẽt, pater cælestis honorat, & tu honore priuas? Christus ministris suis honorificationẽ pollicetur, tu diuos iam cũ Christo sine fine regnaturos, ab honore & veneratione repellis? Animaduerte quæso, quã bene tibi conueniat, cum promissis Christi, cum euangelij documentis. Nonne Chri

ne Christus Lucæ 12. sub patrisfamilias parabola, iis ministraturum dicit, quosquos è famulis inuenerit vigilantes? & diuis in æternam beatitudinem authorizatis, ministerium venerationis denegas? Audi Lucã, cuius laus in euãgelio. Beati serui illi quos cum venerit dominus inuenerit vigilãtes, amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Discors planè ac ex diametro pugnans sententia inter Christũ, & eum qui Christiano nomine se iactat. Illic enim humilis dominus se præcinget, vt sanctis & amicis suis famuletur: hic tu pertinax diuorum contemptor, animum obfirmasti, vt sanctis & electis insultares. Illic creator à se conditæ creaturę accubitum parat, hic creatura creatorem in sanctis suis mirabilem aspernaris. Illic redemptor transiens ministrabit, hic vesanus homuncio quos honorare redemptor mandat, irrides.

Sed ais, sacræ scripturæ testimonia te sequutum, isthæc opinari, scriptum esse in Matth. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Item in Deuteronomio. Dominum Deum tuũ timebis, & illi soli seruies. Itẽ Paulum & Barnabã in Lystris, honorem sibi à turba, vt sacerdoti Iouis, exhibitũ refugisse. Itẽ angelum Ioanni, an-

Argumẽta luther.
Matt. 4
Deut. 6 & 10
Act. 14
Apoc. 19

te pedes adorare volenti, dixisse. Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrũ tuorum prophetarum, Deum adora.

Solutio. Rectè tu quidem hæc citas, & vera sunt quæ citas, sed vereor ne rectè intelligas. Deerrant sæpenumero in sacrarum literarum vero sensu eruendo, qui ad eas tractandas illotis (quod aiunt) manibus prodeunt: nempe qui literæ inhærere ita solent, vt spiritum negligant. Quod & tibi accidisse facilè commonstrabo. Asseris enim solum Deum esse adorandum, fatemur, sub certo intelligentiæ temperamento. An non Nabuchodonosor rex Danielem adorauerit? Iudith Holofernũ in Conopeo sedentem? Nathan propheta Dauid regem? Iosue principem exercitus tenentem euaginatum gladium? & tandem Abraham (vt aliquando finiam) angelos? Et tu me astringes ne citra distinctionem, citra veri intellectus condimentum, simpliciter admittam, solum deum esse adorandum? Aut enim hic distinguas necesse est, aut sacram scripturam à se dissidere, atque secum pugnare confitearis. At quid tam absurdum, tam pernicioſum esse potest nostræ religioni, quàm sacrarum literarum pugnantiam & discordiã agnoscere?

Dani.2 *Iudit.16* *3. Reg.1* *Iosue.5* *Gen.18*

Ab hoc non discrepat, quod subditur, soli

soli igitur Deo esse seruiendum. Paulus ait ad Timot. Regi sæculorum immortali inuisibili soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Ad Roman. verò. Gloria & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Vidén hic eiusdem authoris pugnantes sententias? elanguescet itaque vel Pauli authoritas, vel ea quæ secum pugnare videntur, distinctione mitiganda sunt, & diuisione leuiganda. 1. Tim. 1 Rom. 2

Quòd si adorationis, si honoris distinctione opus sit, qui fit, vt simpliciter pronuncies, quod varium & multiiugũ? Cur in vnũ sectionis mẽbrũ sic inclinas, vt alterũ reiicias penitus? Colimus & adoramus Deũ, vt creatorẽ, vt redẽptorem, vt remuneratorem, colimus & veneramur diuos, tanquam diuinæ excellentiæ quodam modo consortes. Quos sanè regius Propheta, deos vocat, & filios excelsos omnes, Quos deus, præcone Paulo, prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Quos deniq; Christus per Matthæum & Marcum fratres suos, sorores & matres appellat. Illud adorationis genus Chrysost. Augustin. & sacrosancta doctorum turba latriam, hoc est, dulian, appellare solent, vt latriam soli Deo tribuimus, ita duliam diuis & sanctis communiter impertimus. Psal. 81 Rom. 8 Mat. 12 Mar. 3

Hic fortasse nares corrugabis, audito nouo quodã prodigio recentiũ vocabulorũ. Sed mihi crede non esse ociosam vocularũ inuentionem, quam sancti patres, cùm ad sacrarum literarum tenebras illustrandas, tum ad placandas quorundam locorũ discordias, salubriter & piè docuerunt.

PARS SECVNDA
DE SANCTORVM INVOCATIONE.

SEcundò clamitas vesane massi gia, Sanctorum opem non esse
2.Cor.3 implorãdã, tuis, nescio, an Dei præsidiis cõfisus. Quòd si tuis, iam Paulũ lapsum fateberis dicentem. Nõ sumus sufficiẽtes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex
Iob.5 Deo est. Quod si Dei, nõ est excludendum sanctorũ patrocinium, quippe cum Deus quoq; nos per Iob hortetur, vt vocemus, & ad aliquẽ sanctorũ conuertamur. Quod vt planius intelligas, libuit hoc loco orationis fœturã paulò latius explicare. Tuné tandem illorũ opem exibilaturus es aut reiecturus, quorũ preces toties iræ Dei restiterunt, toties manũ iam fulmina parãtem auerterunt? toties Deum ad vindictã accin
Exo.32 ctum placarũt? Nonne Dominus loquitur

ad

ad Moysem, Dimitte me vt percutiã populũ istum, & faciam te in gentem meã? Nonne Dominus dixit vt disperderet Israëlitas, si non Moses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius? Nõne stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio? Nonne arrepto thuribulo inter ignem arsurũq; populum medius stetit, & Dei ira cessauit? Nõne (si Iacobum audias) multũ valet deprecatio iusti assidua? Nõne Helias orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Nonne rursum orauit, & cælum dedit pluuiã, & terra dedit fructũ suũ? Hic Moses, Phinees, & Aarõ opẽ sensit populus Israëliticus, & tu beatorũ opẽ explodes? Hic Helia intercedẽte, terris pluuia & adẽpta & restituta est, & tu sanctorum interuentũ inanẽ esse putabis?

Psal. 105

Psal. 106

Nu. 16

Iac. 5

Obiectio.

Dices fortasse cũ Vigilantio, viuos mutuò pro se orare posse, nullius autem demortui pro alio exaudiendam esse orationem, atq; ita Diuorum opem, quasi fusa ad Deum pro nobis oratione fieri posse, expectandum nõ esse. Hic tibi respondebit Hieronymus. Si Apostoli & martyres adhuc in corpore cõstituti, possint orare pro cæteris, quando pro se debent esse soliciti, quantò magis post coronas, victorias & triumphos? Siquidem Stephanus imitator

Cõtra vigilantium responsio.

Act. 7

Domini fuit,&primus in Christo martyr, pro persequutoribus viuēs veniam deprecatus sit, nunquid postquam cum Christo
Act.27 esse cœperit,minus videbit?Paulus ducentas septuaginta sex animas sibi adhuc viuenti condonatas in naui testatur,at postquam resolutus cum Christo regnat nunquid iam ora clausurus est?Non sinit diuorum iam perfecta charitas, vt mortui minus aut velint, aut possint quàm viui poterant. Multum orat (in Machabeorum libro scribitur) pro populo & vniuersa
2.Ma. vl. sancta ciuitate Hieremias propheta Dei. Ascendisse fumum incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli, coram
Apoc.8 Deo, Apocalyp.testatur.

Rursum obmurmuras, Deum scrutari corda nostra, Deum nosse quorum indigeamus, proinde opus non esse,neque nobis quidē intercessoribus qui vota nostra Deo exponant,neque Deo ministris, per quos exauditam esse orationem nostrā declaret. Cæterùm quemadmodū Deus est,
Psal.83 qui vota nostra exaudire, qui orationes implere potest. Dominus est qui gratiam & gloriā dabit,ita quoque dominus Deus interim neque votis annuit, neque exorabilem se præstat, nisi intercedentibus diuis. Nónе apud Ezechielem dominus ait.
Ezec.22

Quæsi

Quæsiui de eis virũ, qui interponeret maceriam, & staret oppositus contra me pro terrã, ne dissiparem eam? Potuit vtique dominus non dissipare terram, attamẽ virum quæsiuit quo interpellante à dissipando re moraretur. Nonne apud Iob dicit dominus. Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt vobis non imputetur stultitia? Nonne in eodem quoque capite dicitur, Dominus conuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm ille oraret pro amicis? Orarũt haud dubiè amici Iob & exauditi non sunt, orauit Iob pro amicis, & conuertit se dominus ad petitionem eius. Adeo efficax est iusti deprecatio assidua, adeo dulcis ante Deum oratio (vt Chrysosto. ait.) quam charitas fraternitatis commẽdat, adeoque magna sunt (autore Augustino) in terris per sanctos curationum solatia, Sed hæc mittamus, ad tertiam accedentes. Iob. 42. In Mat. 2. de ciui. Dei.

PARS TERTIA
DE RELIQVIIS SANCTORVM.

POstremò doles (vt cũ Hieronymo loquar) martyrum & cæterorum diuorũ reliquias præcioso operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel proiici Contra Vigilantium.

proiici in sterquilinium. Quid te rogo, reconditi sanctorum cineres offendũt, quos etiam gẽtes, quæ deum ignorant, mouere ominosum esse putãt? Cur ossa cõtemnis quibus corpus compaginatum fuit, domicilium inhabitantis gratiæ? quibus membra cohæserunt templum spiritus sancti? quibus olim diuina virtute coëuntibus, redintegratũ corpus simul cum anima æternæ beatitudinis particeps erit? Si animam colis, cole & corpus diuorum, cole mẽbra, cole reliquias. Quod anima nunc consequuta est, corpus oli proculdubio adipiscetur, surget eni (vt Paulus ait) in corruptione, surget in gloria, surget in virtute, surget spirituale. Tu demortui patris relictam tibi vestem honorificenter tractas, reuerenter induis, & ossa diuorum suggillabis? quę sanè hoc magis honorari cõuenit. quò præstabiliora sunt indumento. Annulo, quẽ amicus decedẽs è viuis tibi legauit, digitum non exornas nisi chari amici imago subeat, nisi dulcium verborum memineris, nisi annulum etiam perpetuæ amicitiæ pignus relictum exosculaueris, & tu in cineres diuorum nobiscum repositos mordacem iocum cõfinges? Linguam coinquinatam quasi ignem deuorantem & gladiũ acutum exerces? Quid enim sunt cineres & ossa,

1. Cor. 6

1. Cor. 15

Aug. de ciui. Dei

& ossa, nisi quædam sanctorum pignora in terris relicta? quæ & futurã resurrectionẽ nobis promittunt, & in corporis glorificationem spem nostram erigunt. Audi prophetam dicentem, Resurgent qui erant in monumẽtis, Audi eũdẽ in alio loco: Ossa nostra quasi herba germinabunt. Danielẽ audi testificantem: multos ex iis qui dormiunt exurrecturos in vitam æternã. Audi Christum esse asserentem Deum Abraham, Deum Isaac, Deum Iacob, Deum in quam non mortuorum sed viuentium. Quòd si ossa reniteſcent, si monumentis occlusi ad vitam excitabuntur, si Christus viuentium Deus sit, Abraham, Isaac, & Iacob: non ex sola anima, sed anima & corpore coalitorum. Qui fit, vt diuorum corpora venerari refugis, qui ea in æternæ vitæ communionem esse olim reuocãda excertissimis sacræ scripturę testimoniis liquidò cognoscis? sed vereor ne stupidior sis, quã vt hæc intelligas, aut saltem peruicacior quàm vt intelligere velis. Igitur orationẽ sistam, atque te hortabor, vt posthac linguam reformes, vt ad sobrietatem sapias, ne fortè thesaurizes tibi iram dei in nouissimis diebus.

Esa.26. *Esa.66* *Dan.12.* *Matt.22.* *Iaco.6*

* * *

D. CYPRIANI EPIstola ad Cornelium fratrem de obtemperando sacerdotibus

IN Deuteronomio dominus Deus loquitur dicens. Et homo quicunque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicunque fuerit in diebus illis morietur homo ille: & omnis populus cũ audierit, timebit: & non agent impiè etiã nunc. Itẽ ad Samuelem, cũ à Iudæis sperneretur, Deus dicit, Non te spreuerũt, sed me spreuerũt. Et dominus quoq; in euãgelio: Qui audit, inquit, vos me audit, & eum qui me misit: & qui reiicit vos, me reiicit: qui me reiicit, reiicit eum qui me misit. Etcùm leprosum damnasset: vade, inquit, & demonstra te sacerdoti. Et cùm postea tempore passionis alapã accepisset à seruo sacerdotis: cũq; ei dixisset. Sic respõdes põtifici? Aduersus põtificẽ dominus cõtumeliosè nihil dixit, nec quicquã de sacerdotibus honore detraxit, sed

Deu.17

1.Reg.8

Luc.10

Matt.8

Ioan.18

ſed innocentiam ſuã magis aſſerens & oſtẽ dens. Si malè, inquit, loquutus ſum expro bra de malo, ſi autem bene, quid me cædis? Item in Actibus Apoſtolorum Poſtmodũ beatus Paulus cùm ei dictum eſſet: Sic inſi mulas in ſacerdotem Dei maledicendo? quamuis domino iam crucifixo, ſacrilegi & impij, & cruenti illi eſſe cœpiſſent, nec iam quicquam de ſacerdotali honore & autori tate retinerent, tamen ipſum quamuis ina ne nomen & vmbrã quandam ſacerdotis cogitãs expauit: Neſciebam fratres, inquit, quia pontifex eſt. Scriptum eſt enim: Prin cipi plebis tuæ nõ maledices. Cùm hæc tã ta actalia & multa alia exempla præcedant quibus ſacerdotalis autoritas & poteſtas di uina dignatiõe firmatur, quales putas eſſe eos, qui ſacerdotum hoſtes, & cõtra eccle ſiam catholicam rebelles, nec præmonẽtis domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neq; enim aliunde hæ reſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde quòd ſacerdoti Dei nõ obtem peratur. Nec vnus in eccleſia ad tempus ſa cerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti co gitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquã moueret: nemo poſt diuinum iudiciũ, poſt

Act. 23

Hæreſes vnde ortæ

populi

populi suffragium, post coepiscoporũ consensum iudicẽ se non iam episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio vnitatis Christi ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hęresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditę mentis, vt putet sine iudicio dei fieri sacerdotem, cùm dominus in euangelio suo dicat. Nõne duo passeres asse væneunt, & neuter eorum cadit in terrã sine patris vestri voluntate? Cùm ille nec minima fieri sine voluntate dei dicat, existimat aliquis summa & magna aut non sciente, aut nõ permittẽte deo in ecclesia dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari? Hoc est fidem nõ habere qua viuimus: hoc est, deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Plane episcopi nõ de voluntate dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem euangelij fiunt: sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit & dicit: Sibimetipsi regem constituerunt, & non per me.

Matt. 10

Dei nutu cuncta regantur

Oseæ. 8

*

FINIS.

INDEX ERRORVM ADNOTATORum in Caietani commentariis, & vbi referuntur, & vbi refelluntur, per Ambrosium Catharinum Politum.

*

HIERONYMVM Esse regulã discretionis librorum canonicorum. pagi. 1. A, & 3. D

Hieronymum esse dubiũ de authore epistolæ ad Hebræos, pagi. 1. A, & 4.

Dubio existẽte Hieronymo de eius authore, & ipsa epistola redditur dubia, pagi. 1. A, & 1. E

Author illius epistolæ inefficaciter argui Christũ esse filiũ dei, ex veteri scriptura q̃ loquitur de Salomone, pa. 1. A, & 8. O

Idem autor scripturam veterem loquentẽ de pacto, torquet ad testamentum, pagi. 2. C. 10. R, & 11. S

Idem author ponit se inter eos, in quibus est cõfirmata salus per discipulos domini, quod Paulo conuenire non potest, pa. 2. B,

&.3.x
Idem autor à scripturarũ falso intellectu deceptus, videtur ponere in arca testamenti fuisse vrnã mãnæ,& virgã Aaron quæ frondueraț,pagi.2.B.&.14.Y
Idẽ autor malè citat scripturã Psalmorũ, & ex Aggæo,pa.2.C,&.36.B
Idem autor in eis verbis: Celerius videbo vos,ostẽdit se non esse Paulum, pagi.3. D,&.17.C
Epistola quæ fertur Iacobi apostoli nõ vt quequaque certũ est an fuerit ipsius Iacobi,pagi.11.Y
Hieronymus dubitauit de eius epistolæ autore,Ibidem.
Salutatio in ea epistola tam pura est,vt nihil Dei, nihil Iesu Christi habeat, sed profano more salutem, vnde minus certus redditur eius autor,pa.32.
Secunda quæ dicitur Petri, non est certè Petri,pagina.31.A.
Secunda & tertia Ioannis, non sunt certè Ioan.Apost.neque canonicæ.34.B
Epistola quæ fertur Iudæ, non est certè Iudæ.35.C
Eadem non ab re refutatur,quia Apocryphã prophetiam, vt simpliciter prophetiam citat, Ibidem E,& pagina.37.F
Vltimum capi.B.Marci non est solidæ au-

toritatis, vt ſunt cætera Marci indubitata.pag.38.G

Adulteræ hiſtoria quæ eſt apud Ioan. 8. non eſt autentica,pag. 41.K.L

Quod habetur apud Lucam in agone dñi: Apparuit angelus de cælo confortans, eum,nõ eſt certũ eſſe de Euãge.pa.43.M

Quod habetur in epiſtola prima Ioannis, tres ſunt qui teſtimonium dãt in cælo, Pater, Verbum, & ſpiritus ſanctus, incertum eſt an ſit de ſcriptura, Ibid.

Sola ſcripta ab Apoſtolis, aut ab eis probata, autoritatem ſacræ ſcripturæ habent,pag.46.R

Excuſatur Lucas quòd poſuerit vnam generationem ſuperfluam, authoritate. LXX. pag. 72.A

Non inueniſſe authenticè vnde Lucas attribuerit Herodis nomen ei qui Iacobum decollauit, quũ Ioſephus vocarit eum Agrippam.pag.73.in principio.

Autor libri Machabæorũ malè aptat prophetiã Danielis de abominatione deſolationis ad ſtatuam Antiochi. Ibid.Z

Lucas euãgeliſta non ſeruat rationẽ Grammaticæ in cãtico Zachariæ pag.73.A

Quod dixit dñs: Excolãtes culicem,deglutientes camelum, commutat vt pro camelo reddat muſconẽ ſiuę muſcam,aut

vespam, siue asylum. Ibid. B
Quod etiam dixit: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi, mutat, vt loco enim ponatur, sic. pag. 77. C
Quod apud Marcum legitur: Erat autem hora tertia, mutandum esse putat tertiam in sextam. Ibidem. D
Putat & mendosè legi Actuum Apostolorum decimotertio, post quadringentos & quinquaginta annos, &c. & discordare Græcos codices à Latinis, sed falsò, pag. 78. E
Similiter mendam putat aut in Pauli Epistola prima ad Corinthios decimo, aut Numerorum decimoquinto, cùm vterque textus immunis à menda saluari possit, pag. 78. F
Mutat & quod legitur apud Paulum: Qui cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, & diuisus est. Mauult enim legi, & diuisa est vxor & virgo, pagina 69. G
Mutat & quod legitur: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: vt malit legi: Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur. Ibidem. H
Quod legitur: Maledictus à Deo omnis qui pependit in ligno: mutat: vt loco

à Deo

à Deo, legatur à Iudicibus. pag. octuagesima. I

Quod autem legitur in Psalmo: Minuisti enim paulominus ab Angelis: m & legit, à Deo. Ibid.

Quod habetur Ioannis tertio: Plenum gratiæ & veritatis, mutato puncto attribuit Ioanni, ex quadratura Grammaticæ falsa. pag. 8. I.

Mutat & punctum in egregia salutatione Pauli ad Rom. pag. 83.

Similiter mutat, capite quinto, vbi legitur: In similitudine præuaricationis Adæ. Ibidem.

Similiter & in cap. 8. secunda ad Corinth. Ibidem.

Et apud Ioannem capite decimoseptimo, vbi legitur: Quia dilexisti me ante constitutionem mundi, censet interponi punctum inter dilexisti, & me. Ibidem.

Inepta ratione putat calcem Epistolæ ad Coloss. mutilum esse, &c.

Loco eius quod legitur: In principio erat verbum, propinquiori vocabulo putat potuisse transferri: In principio erat ratio, pag. 84. N

Item loco eius: Et verbum erat apud Deum, si legatur: Et verbum erat ad

Deum, altiorem sensum redderet. Ibidem. O

Loco eius quod legitur: In propria venit, mutat in sua, & exponit, id est, ob sua. pag. 85. P

Quod legitur ad Philippenses tertio: Qui spiritui Deo seruimus: mutat, & legit: spiritu Dei. Ibid. Q

Quod canitur in Ecclesia in Cantico B. virg. Recordatus misericordiæ suæ, reprehendit tanquam non sit ex sensu cantici, & beatæ virginis, pag. octuagesimasexta.

Melius esse censet orationes publicas in Ecclesia dici lingua communi & materna, omnibus intelligibilib. pag. octuagesimaseptima. S

Quod canit Ecclesia in præfatione missæ: Cæli cælorúmque virtutes, significat cælos esse animatos: & vtitur opinatis, pag. 85. T

Ecclesia in sententiis excommunicationis ferendis recedit à diffinitiua Christi sententia: Sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, pag. 90. V

Etiam Paulus aliam duriorem profert sententiam, quam Christus, pag. nonagesimaseptima. X

Excommunicatio de qua ad Thessalonicenses

censes tertio, lata fuit propter otium, & quædam venialia, pag. nonagesima-secunda. Y

Dies creationis mundi non fuerunt veri dies pag. 94. A

Sopor qui fuit missus in Adam, non fuit verus sopor: Eua non fuit verè ædificata ex costa Adæ. Ibid. B

Quòd Christus dixit Heliam esse Ioannem, posuit in libertate auditorum vtrum vellent recipere. pag. nonagesimasexta. C

De stella quæ apparuit Magis, nihil habetur in sacra scriptura. pag. nonagesimaoctaua. E

Verba Psalmi: Aperiam in parabolis os meum, intelliguntur non de Christo, aut eius parabolis, sed similitudinibus gestorum, pag. 99. F

Illa verba: In omnem terram exiuit sonus eorum, non aptantur Apostolis, secundum literam: nam & in Hebræo habetur filum sine linea, non sonus, pag. 110. G

Omnis Psalmus qui potest ad literam exponi de Dauid, non exponendus de Christo, pag. 102. H

Quod legitur: Et spiritus Domini ferebatur super aquas, non intelligitur de

Spiritu ſancto. pag. 103. I
Nec id quod habetur in pſalmo: Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Ibid.
Nec illud: Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, Ibidem.
Nec illud: Quicunque autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, Ibidem.
Chriſtus eſt Deus ſecundum eſſe perſonale, non ſecundum naturam & eſſentiam, pag. 104. K. L
Vnio non fuit facta verbo, ſed huic Deo. pag. 107. M
Mariam fuiſſe ex ſtirpe Dauid ſecundum lineam maſculinam, non attinere ad fidem. pag. 108. N
Mariæ ſumma virginitas non idoneè defenditur, Ibidem. O
Expoſitio eius verbi: Quomodo fiet iſtud, &c. non digna, nec ſecundum eximiam virginitatem Mariæ, & votum eius, pag. 109. P
Maria itaque conuerſabatur cum Ioſeph, quòd licitè & abſq; vlla nota potuiſſent conſummare matrimonium. Ibid. Q
Verba Angeli: Benedicta tu in mulieribus, non aſſertiuè, ſed imprecatoriè dicta ſunt. Ibidem.

Beatam virginem concepisse cum seminis resolutione & menstruo, teneri potest absque vlla illibatissimæ virginitatis, & immaculatissimi partus iniuria. Ibidem. R

Quod ipsa in spiritu cecinit: Qui respexit humilitatem ancillæ suæ: non intelligitur de virtute aut actu virtutis quæ dicitur humilitas, pagina centesimadecima. S

Mariam concepisse an. 17. aut ad minus, 24. ex philosophica coniectura, pagina 111. T

Mariam non interfuisse partui Elizabeth, Ibidem. V

Mariam naturali opere materno per genitalia membra peperisse, pag. 114. X

Ad verificandum Iacobum fuisse fratrem Domini, nihil magis quadrat, quàm quòd fuerit filius Ioseph ex alia vxore, Ibidem. Y

Philosophi Dei prouidentiam erga singularia non credunt. pag. 115. Z

Signa quæ Dominus prænuntiat futura ante excidium Hierusalem, & aduentum ipsius, non sunt allata vt noua, aut insolita, & vt quicquam significet, nisi quod mundus solitum cursum est habiturus. pag. 115. A

Ex

Ex verbo Domini: Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, non haberi ſingulos Angelos ſingulis eſſe præpoſitos hominibus ad cuſtodiam, pagina 121.C

Angelos ſiue dæmones habere corpora aëria.pag.121.D

Cælum empyreum vacare.ibid.D.E

In primitiua Eccleſia non dedicabantur martyrum paſſiones. pag.125.E

Eccleſia in veneratione ſanctorum & canonizatione poteſt errare, & omnino in cultu Dei, ibidem: ſed longo ſermone diſputatur.

Baptiſmi formam eſſe etiam hanc: Ego baptizo in nomine Chriſti.pag.154.A

Exiſtentes in vtero, cautè & irreprehenſibiliter baptizarentur parentum benedictione, ibid.B

Circunciſionem irreprehenſibiliter cum baptiſmo concurrere, pag.154.C

Paulum præcepiſſe Iudæis, vt filios circunciderent.pag.137.D

Duos comites eſſe baptiſmi, vt perfectè ſuſcipiatur, videlicet præcedentem doctrinam, & ſubſequentem.ibid.E

Propterea infantes non perfectè baptiſmum ſuſcipere, pag.158

Dominus apud Ioannem, capite ſeptimo,

non

non loquitur de ſacramento aut ſacramentali māducatione corporis Chriſti, pag. 161. F

Tres eſſe modos manducandi Chriſtum ſpiritualiter viatoribus, contra doctrinam beati Thomæ, pag. 161. in principio.

Infantes poſſunt per ſeipſos manducare ſpiritualiter, non autem ſacramentaliter, quia non poſſunt comedere, ſed ſurgere contra ſenſum manifeſtum, pagina 161. G.H

Baptiſmus ex ſe ſolo ſatis eſt ad ſalutem, vt non exigatur haberi in voto, cætera ſacramenta tempore opportuno, pagina 171. O

Sacerdotem abſque crimine perpetuo abſtinere poſſe à ſacrificio celebrando, pag 176. S

Iure diuino nulli præcipitur accipere hoc ſacramentum, pag. 177. T

Venerabile hoc ſacramentum poſſe per inſtrumenta inanimata, & per manus laicas, imò & ab infirmis qui peſte laborant, ſibiipſis propinari, ibid. V

Sacerdos ſibi conſcius peccati mortalis, habens etiam copiam confitendi, abſq; iniuria ſacramenti poteſt celebrare & non indignè etiam nolens confiteri, pagina

gina 178. X
Venientes ad baptismum Ioānis qui confitebantur peccata sua, non hoc faciebant auriculari confessione, pag. 181.
Illi confitebantur peccata sua in genere, id est, non peccata ipsa, sed se esse peccatores. Ibidem.
Similiter quod legitur Actuum decimonono: Et confitebātur actus suos, proculdubio non attinet ad sacramentalem confessionem. Ibid.
Apostolus Episcopis vnam permittit vxorem, cæteris plures. pag. 196. P
Nunquam iure diuino prohibita fuit vxorum pluralitas. Ibidem.
Multi in primitiua Ecclesia habebant plures vxores, imitantes patres veteris testamenti. Ibidem.
Etiam iure naturæ vxorum pluralitas nihil habet indecentiæ. Ibidem.
Papa potest cum sacerdote Occidentalis Ecclesiæ, nulla existente causa publicæ vtilitatis, dispensare vt vxorem ducat. Ibidem.
Neque naturali iure, neque diuino prohibita est copula inter coniunctos, præter parentes & liberos primi tantum gradus, pag. 107. A
Inter dispares cultu naturali iure licitum

est ma

est matrimonium.pag.225.Q
Rachaélem vxorem Iacob fuisse idololatram.pag.216.R
Dominus Iesus nunquam mendicauit,pagina.227.S
Nec instituit Apostolos mendicare.pagina 234.A
Nec suasit collegiis statum mendicitatis. pag.235.B
Dominus Iesus habuit proprium, in communi tamen.pag.238.D
Apostoli etiam post sequelam Domini habuerunt proprium,nec dimiserunt omnia.pag.239.E
Non est ergo imperfectionis habere proprium.pag.240
Dominus suis discipulis nullum votum indixit.pag.241.
Renuntiatio de qua in Act.Apost.non fiebat voto.ibid.
Non in vinculis votorum,sed in operibus consistit perfectio.ibidem.&.243.
Non esse omnium qui velint seruare continentiam & votum.pag.247.M
Dominus non prohibuit indui pluribus tunicis, sed solùm gestari mutatorias. pagina.258.P
Similiter de calceamentis non prohibuit calceamẽta,sed mutatoria duplicatapagina

na 251.
De qualitate, quantitate, colore, figura vestimentorum, barba, capillis, & ciborum delectu præcipere, discrepat ab vniuersa doctrina Euangelica, pagina 251. Q
Ieiunium nullibi inuenitur esse præceptum, pag. 162. A
Ieiunium neque ad charitatem Dei, neque ad proximi esse necessarium. Ibidem.
Eo præcepto quod habetur Deutero. sexto: Diliges Dominum Deum tuum, &c. non intelligitur ex charitate. pagina 267. C
Secundum præceptum, quod dicit Dominus: Secundum simile huic, similiter non intelligitur ex charitate, pagina 267. D
Dominus quod dixit: Non veni soluere legem, intellexit personaliter, pagina 171. G
Soli prædestinati explicantur pascendi à Petro illis verbis: Pasce oues meas, pasce agnos meos. pag. 175. I
Mandata Prælatorum seruare, non est de necessitate iustitiæ, & ad salutem, hunc articulum, etsi non explicitè omnino dicat, ex verbis tamen facilè pos-

sat colligi.pag.278.I.
Christus non vult subditos haberi reliquos à Petro,sed fratres.ibidem.M.
Christus apud Matthæum nõ reprobauit illa mandata hominum,de quibus prophetauit Esaias.hic videat lector nonnulla verissima & notabilia pro illarum intellectu scripturarum. 269.N.O.P.
Multi hominum non morientur, sed sine morte transferentur in cælũ pa.286.Q.
Qui resurrexerunt in cruce Domini, perfecta resurrectione resurrexerunt pag. 289.T.
Expositio illorum verborum, Nõ de solo pane viuit homo. Ibidem.V.
Christus vocans Petrum & socios,ita efficaciter vocauit, vt non potuerint resistere.pag. 291. X.
Christus apud Matthæum nouem docuit Beatitudines. Ibidem.Y.
Soli nonæ beatitudini sub ratione debiti promittitur merces.pag.263.Z.
In eo verbo, Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis,per minima mandata intelliguntur ea quorum transgressio est mortalis. 294.A.
Cuncta ferè præcepta quæ Dominus tradidit Matthæi.5.& 6.erant apud legem & prophetas.Pag.295.B.

Præceptū illud Domini negatiuū, Ego dico nō reſiſtere malo, verti debet in affirmatiuū hoc, ſuſtinere malum. ibidē. C.

Qui ſuam iuſtitiam faciunt vt videantur ab hominibus, non damnabuntur, ſed carebunt tantùm mercede illius operis apud Deum pag. 197. D.

Homo qui tanto Dei amore agitur, vt dimittat iniuriā proximo, etiam ſi in alio peccato perſeueret mortali aliquando habebit remiſſionem ſuorum peccatorum, & ſecretum reuelauit nobis dominus in euangelio, licet nullus hoc intellexerit ipſo excepto. pag. 198. E.

Dominus per ea verba: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, non intellexit officium ſepulturæ. pag. 30. I.

Intellectus nouus contra Paulū illius propheriæ, Auditu audietis. pag. 38. K.

Quare furta & homicidia & adulteria cōputentur inter peccata oris. pag. 0. I.

Omnia oris peccata concluduntur his tribus, blaſphemia in Deum, turpi ſermone in ſeipſum, mendacio in proximum Ibidem.

Oratio & ieiunium quæ dominus ad depellendū dæmonium exigebat, ab ipſo oppreſſo potius exigebat, quā ab exorciſtis, & hoc dictat ratio. Ibidem. M.

Domi

Dominus soluit staterem illum vt daret exemplū prælatis personalia debita non esse soluenda de communi. Ibidem. O.

Præceptū domini in correctione fraterna, adhibe adhuc tecū duos vel tres, tecum adaptatur ad peccata secreta. pag. 03. N.

Quod dixit, si duo vel tres consenserint super terram, ita intelligitur, non quòd consentientes sint super terram, sed materia de qua consentitur, quoniā oportet esse super terram. pag. 304. P.

Quod dixit Dominus, Erunt duo in carne vna, non conuenit meretriciæ commixtioni. pag. 305. R.

Esse duo in carne vna, ex hoc ait, quòd mas & fœmina sunt vnum generationis principiū legitimū & iustum. pag. 307. S.

In eo quod dixit Dominus, facilius est camelum intrare per foramen acus, nisi intelligatur per foramen acus quædam porta in Hierusalem, inepta redditur similitudo. Ibidem. T.

Apostoli non fecerunt omnia quæ exegit Dominus ab adolescente ad perfectionem. pag. 309. V.

Dominus in Saducæos non absolutè probat resurrectionem, sed tantùm animæ immortalitatem. pag. 310. X.

Dominus prohibet nos vocari Rabbi, non

vocare: pater autem prohibet vocare, non vocari. pag. 311. Y.
Regula noua ad noſcendum in ſe humilitatis virtutem. pag. 312. Z.
Noua expoſitio eius dicti, Refrigeſcet charitas multorum. pag. 314. A.
De narura ignis inferni inconſtans doctrina. pag. 315. B.
In verbis domini hoc eſt corpus meum, pronomen hoc neq; panem, neq; corpus domini demonſtrat. pag. 316. C.
Quod dicitur dominus benedixit & fregit &c. non intelligitur de benedictione conſecrationis, ſed laudis. ibidem.
Ex verbis illis Domini, Nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu, colliguntur duę Chriſti naturæ, humana hinc. Nō ſicut ego volo: diuina inde, Sed ſicut tu. pag. 317. D.
Similiter & humana & diuina natura colliguntur ex illis verbis, In hoc natus ſum, & veni in mundum. Ibidem.
Ex verbis petri, Tu es Chriſtus filius Dei viui, colligitur confeſſio filiationis naturalis propter illam dictionem viui. pag. 318.
Si non diligimus multum, non ſunt nobis dimiſſa peccata multa: & ſi dimittuntur nobis peccata multa, diligimus multum. pag. 319.

Quod

Quod dominus dixit, oportet impleri in me Et cum iniquis deputatus est, non pertinet ad instantem in Christum persequutionem, & eius discipulos: nec enim mortem eius aut crucem significat, sed communem Christianorum persequutionem.pag.319.F.

Exterior cultus non propter seipsum gratus est Deo, sed pro quanto ad interiorem ordinatur.pag.321.E.

Expositio noua illis domini verbis, Et in occulto loquutus sum nihil. pag.321.F.

Dominus illis verbis. Non haberes potestatem aduersus me vllam,&c. voluit singularem innocentiam suam significare. 322.G.

Parabola seminis quo ad fructus varios, missa nobili expositione, quę hæreticos iugulabat, nouo modo & falso exponitur.pag.324.I.

Granum sinapis minimum, est euangelium, quia minima annunciat, id est, Christum crucifixum: quo dogmate nihil minus, nihil abiectius est. pa.325.k.

Sagena parabolica significat violentam captiuationem multorũ qui aut inuoluntariè fiunt Christiani, aut coactè: quod non erat in primitiua ecclesia.pa.327.L.

Denarius diurnus significat certum beati-

tudinis gradum.pag 119.M.
Seruus ille nequam non corripitur, quia non dimiserit debitum, sed quia non est misertus.pag.330.N.
In parabola de agricolis illa profectio patris sa. significat Deũ subtrahentẽ diuinũ auxiliũ, quo seruamur à malo.pa.331.O
Dominus per ea verba, Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? non increpat eum, sed examinat Deus forma iudicij. Ibidem.P.
Ille non est visus indutus veste sordida, sed tantùm carens nuptiali. Ibidem.
Per decem virgines non intelliguntur omnes fideles, sed ij tantùm quorum studia & opera luceant. 333.Q.
Inde colligitur domini terribilis sententia, quòd pars dimidia fidelium, quorũ opera & studia luceant saluabitur. Ibidem.
Quod dicitur, dormitauerunt omnes & dormierunt, intelligitur de somno negligentiæ. Ibidem.
Vnde ante mortem inuenient clausam ianuam regni cœlorum Ibidem.Q.R.
Quod dixit seruus nequam, Metis vbi non seminasti, non potest verificari, & est phantastica æstimatio. 334.S.
Noua expositio illius parabolę de filio prodigo, vbi legitur quòd cupiebat saturari de si

de siliquis, & nemo illi dabat Ibidem. T

Applicatio parabolę villici difficilis, si non impossibilis. pag. 335. V

Noua expositio illius sententiæ, Filij seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. 336. X

Christus tres tantùm annos mansit in Aegypto. 337. Y

Quare Herodes tantum distulerit necem innocentium, nescitur. Ibid.

Christus expleto anno ætatis. 29. mox baptizatus est. 338. Z

Herodiadem nō fuisse filiam Aretæ regis, sicut Hieronymus & vetus historia testatur. Ibid. A

Herodes de petitione capitis Ioannis non est contristatus, sed finxit se contristatum pag. 339

Quatuor generatiōes Salmō, Booz, Obed Iesse fuisse cōtinuas defendere conatur tribus manifestissimis erroribus. 340. B

De epulone & Lazaro incertū est an fuerit vera historia. pag. 342. C

Maiores Iudæorum non nouerunt Dominum esse Messiam. pag. 343. D

Petrus Apostolus iuxta planum Euangeliorum sensum, septies negauit Christum. pag. 345. E

Socrus Petri sanata est à febribus in Beth-

saida. pag. 347. F
Columba quæ in baptismo super Dominum descendit non fuit verum animal. Ibidem.
De duobus miraculis in Chana Galilææ quando fuerint patrata. 348
Ioannes Euangelista fuit sponsus in nuptiis quas dominus sua præsentia honorauit. Ibid. G
Idem Ioãnes non fuit vocatus à domino adolescens, sed eiusdẽ fermè ætatis cum Christo. Ibidem.
Nomen matris filiorum Zebedæi explicatur fuisse Salome. Ibid.
Iacobus Zebedæi Claudij tempore computatur decollatus fuisse. pag. 349
Circa mulierem peccatricem de qua Lucas, multa meditãtur & vanè, & falsò, Ibidem.
Matthæus non scripsit Hebraicè, sed Græcè ad Hebræos. Ibid. H
Similiter autor epistolæ ad Hebræos scripsit Græcè. Ibid.
Opera quæ Dionysij Areopagitæ inscribuntur, incertũ est an illius fuerint. 554
Gregorius de hoc dubitauit. Ibid.
De tenebris in passione Domini nullus apparet mirabilior modus, quàm esse factas per subtractionẽ in radiorum so-

lis. pag. 160. I

Melchisedech non obtulit sacrificium panis & vini Deo. Ibid.

Decuit Christum ieiunio assimilari excellentissimis prophetis. pag. 161. L

Plures inefficaces deductiones ex verbis Euangelij, quarum nonnullæ sunt alicuius momenti, eadem pag. & seq.

Plurimæ etiam aliæ expositiones afferentes vim literæ, & destruentes vocum proprietatem, sermonisque rectam rationem, inter quas multæ sunt nonnullius momenti. Mihi autem videntur omnes non solùm sua nouitate, verùm etiam falsitate manifestæ. 364.

Lector eruditus expendat, neq; putet me adnotasse omnia quæ deprehendi, neque etiam me vidisse quæ alij videre possent, & adnotare.

*

FINIS.

INDEX EORVM QVÆ CONTINENTVR

hoc in Enchiridio Ioannis Eckij.

De Ecclesia & eius autoritate. 10
In primo membro probatur quo modo Ecclesia est corpus Christi. ibid.
Bigamus Christus non est. 11
Tria corollaria inferens applicat. 12
Ecclesia non errat. ibid.
Ecclesia repræsentatiua. 16. & 29
Achilles pro Catholicis. 18
Cochleus, de autoritate Ecclesiæ. 21
2 De Conciliis. 25
De Imaginibus. 32
Basilius Imperator. 37
3 De Primatu sedis Apostolicæ. 39
4 De Scripturis. 65
Quæcunq; statuta sunt in Conciliis præter sacræ scripturæ authoritatem, Luther non recipit. 56
Axioma primum. ibid.
Axioma secundum. 69
Axioma tertium. ibid.
5 De fide & operibus. 72
Augustinus, de fide & operibus. 79
De perfectione iustitiæ. 83
6 De Confirmatione. 84

Prob

Index

Probatur confirmatio ratione & auctoritate. 84
Contra Luciferanos. 86
7 De Ordine. 87
8 De Confessione. 86
9 De Satisfactione. 102
De pœnitentiæ medicina. 109
10 De Eucharistia sub vtraq; specie. 111
11 De matrimonio. 117
12 De extrema vnctione. 119
13 De humanis constitutionibus. 122
14 De Festis, ieiuniis, &c. 132
De ciborum delectu. 135
De Ieiuniorum ratione. 136
De gradibus consanguinitatis. 140
15 De veneratione Sanctorum. 145
Dilemma Lutheranis indissolubile. 150
16 De imaginibus crucifixi, &c. 158
Argumentum Balthazaris Hiebmair. 161
17 De sacrificio missæ. 164
18 De votis. 174
Appendix Tilmanni. 181
19 De cœlibatu clericorum. 183
Concilium Carthaginense. 185
20 De Cardinalibus & Legatis. 191
Legati à latere. 193
Apochrisarij. ibidem.
21 De Excommunicationibus. 195
Præmissum Tilmanni. 199

De

22 De bello in Turcas. 202
23 De immunitate Ecclesiarum. 208
Ignatius ad Philadelph. 211
Patrimonium sancti Petri. 213
Constantinus Imperator. 214
24 De Indulgentiis. 216
Appendix Tilmanni. 219
25 De Purgatorio. 221
Obiectio Pighardi. 224
26 De Annatis. 228
27 De hæreticis comburendis. 231
28 Cum hæreticis non disputandũ. 241
Auctarij præfatio. 246
29 Sub Eucharistia esse corpus Christi. 247
30 De baptismo puerorum. 260
Tres hæretici anathematizantur. 263
31 De libero arbitrio. 271
32 De oratione & horis canonicis. 285
Continuus orandi ritus. 289
33 De matutinis horis. 292
34 De nocturnis & laudibus. 294
35 De hymnis, antiphonis, & psallendi vsu. 296
36 De pluralitate sacerdotum, & decimis. 303
37 De decimis & aliis obuẽtionibus. 306
38 De Ecclesiis ædificandis, & ornatu earum. 317

39 De Charactere. 330
40 De transſubſtantiatione. 334
41 De miſſa Latinè non Germanicè dicenda. 339
42 De vtilitate Enchiridij. 346

AVCTARIVM
diuerſorum autorum.

*

VIginti & vnum articuli Anabaptiſtarum, per Ioānem Cochleum. 347
De Clauibus: ſeu, de poteſtate ligandi atq; ſoluendi libellus in multa capita diuiſus: per Richardum à S. Victore. 375
Duplex peccatorum eſt obligatio. 376
Abſolutio peccatorum duplex. 380
Verè pœnitere quid ſit. 386
Quorundam ſententia de poteſtate Sacerdotum. 394
Oppoſitio ad ea quæ iam ſuperius dicta ſunt, quoad de pœnitente, & de miſericordia erga pœnitentem. 403
Biſariam dicitur homo membrū Chriſti. 404
Membrum Chriſti trifariam accipitur. 405
Dimittere & Remittere quid. 415
De Veneratione & Inuocatione Sanctorum, ac etiam de honorandis eorum reliquiis, pro prima parte. 420

Argumenta Lutheri. 421
Solutio eiusdem argumenti. 422
Secunda pars de veneratione Sanctorum. 424
Obiectio contra Lutherum, quoad Sanctorum venerationem. 425
Responsio contra Vigilantium. ibid.
Tertia pars, de reliquiis Sanctorum. 427
Contra Vigilantium. ibid.
Diui Cypriani Epistola ad Cornelium fratrem, de obtemperando Sacerdotibus. 431
Hæreses vnde ortæ. 432
Dei nutu cuncta reguntur. 433
Index errorum adnotatorum in Caietani Commentariis, per Ambrosium Catharinum Politum. 435

FINIS.